

COLL. REG. MED. LOND.
MDXVIII
Ο ΒΙΟϹ
ΤΕΧΝΗ
ΒΡΑΧΥϹ Η
ΔΕ
ΜΑΚΡΗ

SALERNUM, Schola Medica

COLLECTIO
SALERNITANA

OSSIA

DOCUMENTI INEDITI, E TRATTATI DI MEDICINA APPARTENENTI ALLA SCUOLA MEDICA SALERNITANA, RACCOLTI ED ILLUSTRATI DA G. E. T. HENSCHEL, C. DAREMBERG, E S. DE RENZI; PREMESSA LA STORIA DELLA SCUOLA, E

PUBBLICATI A CURA

DI

SALVATORE DE RENZI

MEDICO NAPOLITANO

TOMO TERZO.

NAPOLI

TIPOGRAFIA DEL FILIATRE-SEBEZIO

Strada Infrascata N.º 313

1854.

AL LETTORE

Io dissi nella Prefazione al primo volume che andava a pubblicare la Storia della Scuola medica di Salerno così come trovavasi riformata, e preparata per una nuova edizione della mia Storia della medicina in Italia. La qual cosa ha dato luogo a due inconvenienti. L'uno che si trovano nella Storia della Scuola replicate con le stesse parole le cose dette nella Storia generale della medicina in Italia; nè poteva essere diversamente tosto che quella era estratta da questa, e ne formava parte essenziale. L'altro che sono stato costretto nel corso stesso della stampa ripetere addizioni e rettifiche, le quali gli fan perdere quell'aspetto di unità che rendono belli siffatti lavori. Ma io spero che il pubblico voglia anche in questo essermi largo di scuse, tosto che vedrà che il primo disegno si è cambiato per via. Imperocchè la mia collezione essendosi aumentata di nuovi documenti scientifici, questi mi han dato notizia di ciò che prima non poteva conoscere, e d'altronde a forza d' insistere, di richiedere, di vedere e di esaminare personalmente tutto, io ho potuto scoprire quel che prima non sapevasi, ed anche ciò che mi si era celato. Per siffatti motivi il Lettore che voglia avere una compiuta ed esatta notizia della Storia della Scuola di Salerno, è obbligato a tener conto delle addizioni e rettifiche sparse nell'opera.

Ma ciò che deve ascriversi a buona fortuna per me forma un'altro difetto nella economia dell'opera: avendo quasi ripugnanza a dire che un disegno che doveva restringersi in due volumi, fu obbligato ad allargarsi in tre, ed ora ancora a passare innanzi e ad estendersi al quarto volume. Io non poteva tralasciare i nuovi documenti tosto che altri forse meno importanti ne avea pubblicati, e sono costretto ad allargare l'opera Nè vi sarà al certo chi vorrà dare a questa una men vera ed ignobile interpetrazione, essendo a tutti noto che un'opera che per sua natura deve e può avere pochi lettori, più aumenta di volume, e più cresce la impossibilità di trovare risarcimento a'gravi e svariati sacrifizii che occor-

rono. Ma io elevava un monumento nuovo ad una delle maggiori glorie della medicina, dell'Italia e della civiltà cristiana, nè avrei potuto farlo senza grandi fatiche, grandi spese, grandi ostacoli ed anche grandi dolori, e preparato a tutto percorro se non con fortuna almen con coraggio una via seminata di spine.

Lo dissi finalmente: io debbo dare un quarto volume. Imperocchè l'illustre mio amico dot. Daremberg benignamente accogliendo le mie preghiere, nell'ultimo suo viaggio eseguito dal gennaio all'aprile di quest'anno 1854 per la Germania e per la Italia, ha esaminato ne' più famosi Archivii tutt'i MS. che potevano riguardare la Scuola Salernitana, ed ha avuta la fortuna, o meglio ha avuto l'ingegno di trovare non meno di undici documenti scientifici o nuovi o poco conosciuti. Egli ne ha commesso le copie per conto mio, nè certo mi farò indietro a'nuovi sacrifizii che ne derivano per me. Oltre del medico poema della Biblioteca Parigina che contiene la traduzione metrica spesso fedele di tre opere Salernitane, cioè del Libro di Trotula sulle malattie delle donne, della Chirurgia di Ruggiero e di Rolando, e dell' *interprete clinico* Salernitano, io avrò ancora un'opera di Romualdo Guarna, un'altra anche sconosciuta di Plateario, altri versi Salernitani, un comento di Mauro, un trattato di medicina pratica di Cofone, di Bartolomeo, di Petricello, di Petroncello e di Riccardo che tutti portano il titolo di Salernitani. Tradirei il mio disegno ove non comprendessi o tutti o i più importanti di questi trattati nella mia Collezione.

A' sentimenti di gratitudine pel dot. Daremberg, io credo mio dovere di aggiugnere un'altra pubblica testimonianza di lode al Canonico teologo *G. Paesano* di Salerno, ed al dottor *Camillo Minieri-Riccio*, quello per avermi dato notizia di tutto ciò che trovava in Salerno, e questi per avermi partecipato il frutto de' lunghi suoi studii su' Registri Angioini del R. Archivio. Se mi avessi altri debiti non mancherei di pagarli in egual modo, perchè non so profittare di ciò che ad altri appartiene, e posso francamente dire che tradisce la sua coscienza chiunque mi supponesse capace di una viltà.

INTORNO AL TRATTATO

DI MAESTRO MAURO

REGULAE URINARUM.

Questo trattato sulle urine scritto dal Maestro Mauro era tenuto in gran conto nel XII e XIII secolo, per la grande riputazione di perizia clinica attribuita all'Autore. Basterebbero le lodi che Egidio di Corbeil tesse su' *Dogmata Mauri* per convincersi della stima in che era tenuta quest'opera. Malgrado ciò non era stata mai pubblicata, ed i Codici manoscritti sono alquanto rari, e quasi tutti pieni di errori e guasti per antichità.

Questo trattato ha molta analogia col *Liber de Urinis* del Codice Salernitano illustrato da Henschel, (pag. 13 del Tom. II.), e deve credersi che o sia lo stesso, o che Mauro abbia conservato la stessa forma e lo stesso metodo delle istituzioni della sua Scuola.

Per pubblicare questo trattato ho fatto eseguire la copia di tre MSS. diversi. Uno è quello conservato nella Biblioteca Lorenziana di Firenze, citato da Bandini *Catal. Codd. MSS. latin. Bibl. Laurent. Tom. III. pag. 61. Cod. LXXIII*; e gli altri due sono quelli della Biblioteca di Parigi, antichi fondi n. 6963 e n. 6964. La copia del primo è stata eseguita dal culto dot. Bellentani; e gli altri si sono ricopiati sotto gli occhi del dotto dot. Daremberg.

Confrontati i tre Codici quello di Firenze sembra più antico, più ordinato, più pieno, ed ha l'aria di essere o il Codice originale dell'Autore, o almeno una delle prime copie; anche perchè citando alcune pillole, queste son sempre dallo Scrittore chiamate *pillole mie*. Il MS. Parigino n. 6963 è quello che più se gli avvicina; ma presenta tuttavia molte varianti, moltissime trasposizioni, alcune aggiunzioni, ed alcune mancanze, e le pillole sopracitate vengono sempre chiamate *Pillulae magistri Mauri*. Il MS. n. 6964 evidentemente è stato eseguito con molta libertà, per modo che mentre è più compendioso, contiene citazioni introdottevi probabilmente dal copista.

In tanta diversità io ho creduto di conservare nel fondo il MS. di Firenze con tutte le varianti del MS. 6963 Parigino. E poichè il MS. di Firenze disgraziatamente è il più scorretto e spesso inintelligibile, io mi sono occupato ad interpetrarlo non solo col soccorso del Parigino, ma ancora co'criterii che mi sono stati somministrati dalla familiarità acquistata con la patologia, la terapeutica ed anche l'ortografia Salernitana. Facendo ciò non ho creduto trascurare interamente il MS. Parig. 6964; anzi ho ritenute molte importanti variazioni ed aggiunzioni: ma poichè ho avuto sospetto che molte di esse sieno state arbitrariamente introdotte dal copista, così ho creduto distinguerle segnandole in carattere italico. — Per tutto poi ho conservata l'ortografia de'Codici, spesso barbara e scorretta.

REGULAE URINARUM

MAGISTRI MAURI.

Incipiunt regule Urinarum Magistri Mauri (1).

Quoniam de urinarum scientia tractaturi sumus, ideo videndum est primo quid sit urina et qualiter et ubi generetur, et quot sint urinarum colores, quot earumdem substantie. et qualiter secundum conjunctionem coloris ad substantiam urina significata habeant diversificari; demum quedam utilia super addenda sunt.

Definitio Urine (2).

« Urina ergo, ut ait Theophilus, est colamentum sanguinis ». Isaac vero, in libro urinarum, urinam sic describit dicens: « Urina est colamentum sanguinis et aliorum humorum ». Propter verba Isaac sic dicentis quidam erroneam sumpsere dicentes: « Per proprie forme discretionem iiijor humorum generationem fieri in epatis sima cum ipsa urina, et eorum omnium ibidem sic generatorum urinam ipsam esse generalem superfluitatem » (3).

(4) Ad quod notandum est quod propter triplex incommodum, cui corpus humanum subjacet, assidua indiget restauratione et nutrimento perenni. Tribus namque incommodis subiacet corpus humanum, scilicet fluxui, alterationi et corruptioni (5). Fluxui quod quotidie corpus humanum fluit tam per manifestos quam per occultos poros. Per manifestos utpote oculorum pictuitate, aurium superfluitate, narium muccilagine, oris sputo, minctu urine, et ventris obsequio; per occultos ut per sudorem, per pilorum emissiones, et per varias corporis respirationes.

(1) MS. 6963 della Biblioteca di Parigi: *Incipiunt urine magistri Mauri*; MS. 6964. *Urine Mauri.*

(2) Il titolo è del Codice Fiorentino.

(3) Queste dottrine sono galeniche, ed i Salernitani del secolo XII non conoscevano Galeno se non col mezzo de'Compendiatori de' bassi tempi. Paolo Grisignano, che pubblicò la sua opera: *De pulsibus, de urinis et de egestionibus*, in Salerno nel 1543, già ricorre a' fonti originali, e definisce l'urina: *Urina est colamentum sanguinis ex epate veniens ad vesicam*, ait Galenus 4. particula aphorismorum comento 69 (pag. 6?.b).

(5) Tutta questa dottrina patologica, fino al titolo, manca nel MS. 6964.

(4) Questa dottrina patologica di M. Mauro mi sembra alquanto diversa dall'ordinaria patologia Salernitana. Sembra attinta da altri fonti arabi.

Alterationi, quia quotidie corpus humanum alteratur de caliditate in frigiditatem, et e converso, de exsiccatione in humectatione et e converso.

Tandem sequitur corruptio, que subiecti mors est et peremtio.

De generatione urine (1).

Contra predictum incommodum cibus necessarium extitit remedium. Cibus itaque in ore receptus, dentibus commasticatus, lingua subministrante per quemdam meatum, qui dicitur *esophagus* ad stomachum transmittitur; in cujus fundo receptus, actione virtutis digestive operantis per caliditatem et humiditatem, cooperante tamen calore epatis actuali digeritur, digestus in quamdam succositatem similem ptisane transmutatur.

Stomachi vero fundo quedam vena mesaraica est infixa, per quam venam tota pura pars ipsius succositatis ad epar naturaliter transmittitur, ubi a quadam vena, que dicitur ramola vel lactea porta, in epatis sima orta, recipitur, ut in epate secunde digestionis officium non deficiat, quod aliquando, texte Isaac, ex attractione flegmatis suppletur.

Celebrata tandem in stomacho prima digestione, et tepescente calore, inferior porta ejus aperitur, et residua pars predicte succositatis pure cum eo quod est superfluitas prime digestionis naturaliter transmittitur primo ad quoddam intestinum, quod dicitur Portanarium (2): cui similiter alia vena mesaraica est infixa, per quam similiter quedam pura pars predicte succositatis ad epar naturaliter transmittitur, et ipsi portanario tertia vena meseraica infigitur, per quam iterum quedam pura pars ipsius succositatis ad epar naturaliter mandatur. Deinde residuum totum naturaliter mandatur ad aliud intestinum quod Duodenum vel Jejunum dicitur, et dicitur duodenum quod est xij digitorum in longitudine, considerata etate uniuscuiusque, jejunum dicitur quia in animali mortuo semper vacuum reperitur. Cui quinque vene meseraice sunt infixe, in quo dum omnimoda puri ab impuro fit sequestratio, impurum a duodeno mittitur ad saccum, a sacco mittitur ad orbum, ab orbo ad longaonem, a longaone ad colon, a colon extra mittitur per secessum(3). Pars vero pura ipsius succositatis naturaliter ad epar transmittitur. Hoc autem testatur Constantinus in *Pragmatechni* (4) dicens: « Vene exeuntes ab epate due fuerunt necessarie, una ab epa-

(1) Questo titolo manca ne' due MSS. della Biblioteca Parigina.

(2) Leggasi riguardo all'intestino *portanario* la lezione anatomica di Cofone a pag. 389; e leggasi inoltre nell'altra lezione anatomica l'opinione di Costantino e d' Isaac, pag. 396, Vol. II.

(3) Tutto ciò che segue, fino al termine del paragrafo manca ne'due MSS. francesi.

(4) Qui la lezione é dubbia, e meglio deve leggersi *Pantegni*, che in realtà é l'opera che a'tempi di Mauro si attribuiva a Costantino, e che poi si é riconosciuta per semplice traduzione dell'opera d'Isaac, che Daremberg ha

tis.. (1), que nomen sortita est *Porte*, altera ab epatis gibbo, que et *Concava* nuncupatur. Porte extremitas, antequam ab epate exeat, est quinaria: exiens vero ab epate usque ad duodenum intestinum videtur pertinere. Ibi vero in octo dividitur venas, que et meseraice dicuntur, quarum una stomachi fundo infingitur, portans ab ipso succum ad epar nutriendum, secunda orificio, tertia portanario, quinta vero duodeno.

Succositas predicta ptisanaria igitur per venas mesaraicas ad epar transmissa, recipitur in lactea porta, vena scilicet quadam ramosa orta in epatis cavo in qua actione virtutis epatis digestive operantis per caliditatem et humiditatem, cooperante calore, suscipiens digeritur. Digesta in quamdam massam, quam auctores appellant *Massam Sanguineam*, transmutatur (2), et quia in qualibet fere digestione fit puri a non puro separatio, similiter in hac digestione quedam generantur *pura* et quedam *impura*.

Impurum aliud est speciale, et aliud generale. Speciale aliud est calidum et siccum et leve, quod attrahit ad se cistis felis ad colere rubee formalem generationem. Unde Isaac inquit: « Est cole-» ra, que vocatur *rufa*, cujus color inter rubeum est et citrinum». Hec naturalis est species, et ejus inhabitatio est felis sacculus. Hanc natura odio habuit, propter amaritudinem, et sui acumen, unde in unum deducitur locum, nec aliquid mandat ex ea ad membra cum sanguine nisi quantum sufficiat ad appetitum confortandum in qualibet parte corporis. Aliud vero speciale impurum est frigidum, et humidum et spumosum quod attrahit ad se pulmo, stomachus, cerebrum et articuli ad formalem similiter flegmatis generationem, unde ipse Isaac inquit: « Quod vero frigidum » est et humidum atque spumosum in secunda digestione hoc tra-» hit ad se pulmo, ut sui calorem mitiget, et ut nigrum phlegma » generetur ». Similiter faciunt stomachus, cerebrum, et articuli. Tercium vero speciale impurum frigidum est, siccum, et terreum, velut sanguinis fex, quod attrahit ad se splen ad formalem generationem melancolie, unde ipse Isac, in Dictis universalibus (3) inquit: « Sicut natura melancolicos exoruit humores et eos in sple-» ne conclusit, neque aliquid mittit cum sanguine ad membra nu-» trienda nisi quantum sufficit ad confortanda . . . . . (4) in quo-» libet membro corporis » (5) et Theophilus: « Terrenum vero, » et velut sanguinis fecem per suum meatum trahit ad se splen ad » cholere generationes ».

dimostrato essere la stessa Opera dell'Almaleki attribuita ad Ali Abbate. Cf. *Notic. et extraits des Manusc. medic. Grecs, Lat. et. Franc. Pars I. pag* 81. *Paris* 1853.

(1) La voce che manca sembra essere *cavo* o *concavo*. Leggasi la Lezione Anatomica pag. 396-397. Vol. II.

(2) MS. 6963 *transubstantiatur*.

(3) La citazione dell'opera nel MS. 6963.

(4) *Contentiva* nel MS. di Firenze; *appetitum confortandum* nel MS. 6963; *relaxatorum confortandum* (sic) nel MS. 6964.

(5) La seguente citazione trovasi nel solo MS. di Firenze.

Remanet igitur generale impurum in epate, quod speciali vocabulo dicitur *Urina*, cum puro scilicet sanguine, cujus sanguinis pars quedam (crassior) cum ipsa urina et quibusdam partibus humorum per proprios meatus ad epar redundantium, per ij venas capillares inferiores transmittitur ad quilim (1) venam ex ipsis capillaribus confectam in extremitate minoris frusti epatis (2), a quili per duos ipsius ramos mittitur ad renes, quorum unius interfigitur destro reni et alius sinistro (3).

In renibus autem urina decolatur a sanguine et ab aliis humoribus, que urina per quosdam poros, qui dicuntur uritides pori, transmittitur ad vessicam. A vessica per virgam extra educitur. Et ergo urina superfluitas solius sanguinis generati per materiam et formam in epate, ut insinuat Theophilus dum dicit: « Urina est colamentum sanguinis in epate ». Colamentum vero sanguinis et aliorum humorum factum in renibus insinuat Isaac, dum dicit: « Urina est colamentum sanguinis et aliorum humorum, in renibus » (4). Sanguis vero cum aliis humoribus venatim mittitur ad membra: cuius sanguinis quedam pars purior et subtilior per poros venarum resudat in fontes, in quibus actione virtutis digestive operantis per calorem et humiditatem, calore cohoperante, digeritur et dealbatur et in tertiam humiditatem transubstantiatur; que humiditas opere virtutis immutative postea membris unitur et incorporatur. Nunc nota quod triplex celebratur digestio in humano corpore: prima in stomacho, secunda in epate, tertia in omnibus membris aliis; et in unaquaque illarum aliqua generatur superfluitas. Superfluitas prime digestionis est stomachus; superfluitas secunde digestionis est urina; superfluitas tertie aut vix aut numquam in sanis apparet, quia aut per calorem consumitur aut per sudorem emittitur. In egris autem apparet ut primos per meatus redundat ad epar et educitur cum urina, et apparet in urinali quandoque in fundo et dicitur yposlasis, ab ipo, quod est sub, et sto, stas, quia subtus stat; quandoque dicitur neorima, in medio, id est dependens; quandoque in superficie et dicitur nephylis sive nebula, id est super stans, quia quasi desuper natat in urina. Item nota quod fere communis est opinio omnium, quod flegma, colera et melancolia generantur in sima epatis per materiam et in receptaculo per formam. Flegma in stomacho articulis et cerebro, colera in cisti fellis, melancolia in splene. Sanguis non materialiter et formaliter in epate, et idem quidem de omnibus humoribus dicitur.

Et item notandum est quod licet urina vitii vel vigoris omnium membrorum corporis conietualiter quodammodo sit declarativa, principaliter tamen vitii vel vigoris epatis et viarum urinalium est

(1) *Vena quili* sembra l'emulgente. Leggasi la Lezione Anatomica di Cofone a pag. 389.

(2) *Ex... epatis* nel solo MS. di Firenze.

(3) *Quorum... sinistro* nel MS. 6963.

(4) Tutto ciò che segue fino al § è del Cod. Par. 6963.

significativa. In qua principaliter iiijor considerantur, scilicet color, substantia quantitas, et contentum.

De coloribus Urinarum.

Colores urinarum (1) sunt xjx scilicet: j Albus; ij Lacteus ; iij; Glaucus; jv. Karopos; — v. Subpallidus ; — vj. Pallidus ; — vij. Subcitrinus; — viij Citrinus; — jx. Subrufus; — x. Rufus ; — xj. Subrubeus; — xij. Rubeus ; — xiij. Subrubicundus ; — xjv. Rubicundus; — xv. Inopos; — xvj. Kianos ; — xvij. Viridis ; — xviij. Lividus; — xjx. Niger.

(2) Albus est sicut aqua clara , lacteus est sicut serum lactis , glaucus est sicut cornu lucidum album; et isti colores significant frigiditatem intensam. Karopos est sicut color pilorum camelorum; et iste color significat frigiditatem intensam. Pallidus est sicut succus carnis semis cocte. Subpalidus idem remissus. Citrinus est sicut color citri; subcitrinus, idem remissus. Rufus est sicut color optimi auri; subrufus, idem remissus. Rubeus est sicut color sanguinis ; subrubeus, idem remissus, Rubicundus est sicut color croci ; subrubicundus , idem remissus. Inopos est sicut vinum perturbatum, marcidum et nigrum, Kianos est sicut color pulvere (*sic*) qui fit ex albo et nigro colore. Viridis est sicut color cauli vel porri. Lividus est sicut plumbum, niger est sicut cornu lucidum nigrum.

De substantiis urinarum. — Item notandum est quod v sunt substantie, scilicet tenuitas; mediocris tenuitas; mediocritas ; mediocris spissitudo et spissitudo.

De quantitate urinarum. — Quantitas verum sit multa vel pauca.

De contentis urine. — Contentum multiplex est , scilicet sedimentum, resolutio, arena et crudus humor, et aliud quodlibet apparens in urinis.

De qualitatibus urine. — Que omnia habent provenire in urinis, a quatuor qualitatibus, scilicet a caliditate, frigiditate, siccitate et humiditate ; due quarum inmutant urinam secundum colorem, scilicet caliditas et frigiditas; alie due secundum substantiam, scilicet siccitas et humiditas. Colorum urinarum quidam significant caliditatem , ut a subcitrino omnes usque ad viride ; alii significant frigiditatem ut a palido in frigido; viridis significat frigiditatem mortificantem; niger significat aliquando frigiditatem mortificantem precedente livido; aliquando significat calorem adhurentem precedente viridi. Caliditatis est urinam colorare, frigiditatis discolorare, humiditatis inspissare, siccitatis attenuare. Caliditate sic coloratur urina; dum enim per calorem intensum , non tamen adurentem humorem et urine materiam agentem fortis fit ebulitio terrestrium et aquosarum partium in igneas et aereas fit resolutio, et sic calidi generantur humores et spiritus ex multiplicatio-

(1) Il Cod. Par. 6964 aggiugne, *secundum Teofilum*.
(2) Tutto questo articolo trovasi nel solo MS. 6963.

ne ignearum et aerearum partium, quarum urina est superfluitas, ab ipsis predominantibus egreditur colorata. Si vero caliditas agat jam adhurrendo ignearum et aerearum partium fit consumptio; et tantum in urina remanent partes solidas et terrestres. In adustione ergo principio ignearum partium non omnimoda fit consumptio, sed ipse cum terrestribus habundant. Unde cum ex igneis partibus rubeus deberet provenire color, et ex terrestribus niger, nec potest provenire rubeus color in toto ex igneis, contradicente nigro colore proveniente ex terrestribus, nec a terrestribus niger, contradicente rubeo colore proveniente ex igneis; sed ex earum alterutra contradictione provenit compositus ex nigro et rubeo , scilicet viridis.

Postremo omnimoda ignearum et aerearum partium consumptione facta per calorem adurentem, sole terrestres remanent, ex quibus niger provenit color , et est ratio quia niger color in urina ex precedenti viridi significat adustionem. Frigiditate vero sic discoloratur urina: dum per frigiditatem intensam non tamen mortificantem, in humorum et urine materiam agente, ignearum et aerearum partium in terreas et aquosas fit condensatio et caloris effectus minuitur, terestrium et aquosarum partium fit multiplicatio, humorum tepefit ebulitio et sic frigidi generantur humores et spiritus, a quibus superabundantibus urina eorum superfluitas egreditur discolorata. Si vero frigiditas adeo fuerit intensa quod ex parte condenset aquosa et terrestria, unde cum ex aqueis partibus albus deberet prohvenire color, et a terrestribus niger, nec potest provenire albus color in toto ex aquosis partibus contradicente nigro colore proveniente ex terrestribus, nec niger color in toto ex terrestribus, contradicente albo colore proveniente ex aquosis, sed ex earum alterutra contradictione provenit color compositus ex albo et nigro, scilicet lividus.

· Si vero per frigiditatem mortificantem omnimoda condensatio aquosarum partium fit in terrestres; tantum niger provenit color, et hec est ratio , quare niger color in urina ex precedenti livido perfectam significat mortificationem. Notandum vero est, quod aliquando frigiditas potentialis vel quasi potentialis sunt hujus rei cause principales, quod patet in receptionem trifere saracenice, que etsi exibeatur cum aqua calefacta, et per loca transeat calenta, tamen veniens ad epar sua potentiali frigiditate, caloris epatis discrasiam alterat et immutat. Similiter hujus rei causa frigiditas est actualis, ut frigidum balneum et frigidum epithima.

Siccitatis est urinam actenuare. Hoc autem videtur plane contrarium, cum siccitas, habendo motum ad centrum, partis ab extremis reducat ad medium, et ideo deberet potius urinam ispissare, ad quod dicimus, quod siccitas secundum diversa subjeta, in qua agit, diversos consequitur effectus; agens enim in rem grossam, ejus partes subtiles consumendo, ipsam magis ingrossat, nam agens in lutum, ejus partes subtiles et liquorosas consumendo, ipsum solidius

reddit (1), unde lutum tempore estivo propter calorem solis videtur petrificari. Agens vero in rem subtilem, partes ejus rarefaciendo, ipsum reddit subtiliorem. Agens enim siccitas in materiam sanguinis terrestrem, ejus partes liquorosas consumendo, sanguinem facit spissiorem.

Siccitate sic attenuatur urina. Dum enim per siccitatem in humorum et urine materiam agentem, subtilium et aquosarum partium ipsius materie fit rarefactio, terrestrium condensatio, et ad centrum reductio, et sic urine sequitur attenuatio (2). Unde Galenus: *in sicciori epate spissior sanguis generatur*. Agens enim siccitas, operatur ad centrum et ex acumine ad subtilitatem, unde Isaac in *Dietis*: « Siccitas, si in quarto gradu fuerit, actionem suam actio- » ni coloris adsimilat ». — Est talia ratio, quia siccitas, ageus in meatus urinales, ex motu quem habet ad centrum, ipsos coartat et constringit, unde parum aut nihil valet exire cum ipsa urina, quare tenuis et subtilis egreditur a vescica.

Humiditate sic inspissatur urina: dum enim per humiditatem in humorum et urine materiam agentem, humorositatis fit generatio et multiplicatio humorum ad urinam, libera fit admixtio, et sic urine sequitur inspissatio. Vel sic: humiditas agens in urinales meatus ex motu quem habet de centro, ipsos ampliat et relaxat: quare humores egrediuntur cum urina libere, unde inspissatur.

Et nota quod sicut quatuor sunt qualitates, ita quatuor sunt humores in genere, scilicet Flegma — Sanguis — Colera — et Melancolia, quorum unicuique due sunt attribute qualitates. Flegmati frigiditas et humiditas, Sanguini caliditas et humiditas; Colere caliditas et siccitas; Melancolie frigiditas et siccitas, secundum quod dipartita potuit fieri qualitatum conjunctio in duo. De omnibus videndum est singulariter; sed cum flegmatis, tamquam semicrudi humoris, generatio aliorum precedat generationem, de eo primo est agendum.

De Flegmate.

Flegma aliud est naturale et aliud innaturale.

Naturale flegma est quod naturaliter frigidum est et humidum, in sapore insipidum, in colore album, in substantia fluidum et in epatis sima inter alios humores naturales per materiam generatum. Hoc flegma aliquando habundat cum febre, interdum vero sine febre. Habundans sine febre sic habet urinam disponere (3). Et quia, sicut prediximus, frigiditatis est urinam discolorare, et humiditatis inspissare; ideo habundans sine febre urinam habet reddere discoloratam et spissam. Urina ergo in colore pallida vel sub-

(1) Tutto ciò che segue fino al §. è del Codice di Firenze.
(2) Le citazioni sono nel Codice di Firenze, e del Par. 6964 quella sola di Galeno.
(3) Il seguente § nel MS. di Firenze.

pallida, karopos, lactea, glauca vel alba, in substantia equaliter, et per totum spissa, flegma naturale sine febre habundare significat. Ille ergo vel illa, cui est talis urina, quantum est in colore et substantia urine ex hujus humoris habundantia, his debet infestari sinthomatibus: replectione stomachi ex indigestione provenienti, fastidio, oris insipiditate, sputi et salivarum habundantia, gravedine capitis, et precipue sinistre partis anterioris, gravedine somni, gravedine renum, et interiorum partium, tortione, et dolore stomachi cum gravedine et gurgulatione, pigritia totius corporis tam ad sensum quam ad motum, et in muliere juvencula talis apparens urina vitium matricis, ut veniens ad tempus menstruorum, menstruis careat, aut ea sicut decet non habeat.

Cura.—Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum. Estivo et calido tempore, mane, jejuno stomacho, detur mel rosaceum cum aqua decoctionis anisi, masticis et seminis feniculi et basiliconis in qua tria vel iiijor grana salis resolvantur ad majorem mundificationem faciendam. Hyeme, vero, et tempore frigido mane jejuno stomacho detur oximel simplex, vel compositum de radicibus sparagi, brusci, apii, feniculi, petroselini et rafani cum aqua predicte decoctionis (1) vel cum aqua calida. Abstineat se patiens (2) ab omnibus salsis, frixis, acetosis, leguminibus, acruminibus, aliata, piperata, fructibus, pane azimo, carne vaccina, hircina, cervina, bubolina, caulibus, lentibus et his similibus, ex quibuslibet crossis cibariis, a vino forti et turbato, nimis limphato, ab aqua simplici, et ab omnibus crossis cibis et potibus. De carnibus comedat carnes annualis agni, annualis porci, castrati, arietis, hedi, capreoli, pedes et rostra porcellorum. De volatilibus comedat fasianos, perdices, starnas, pullos gallinaceos, gallinas teneras, capones teneros, interdum vero pullos columbinos, et minores aves preter degentes in aquis et paludibus. De piscibus comedat pisces aspratiles, maxime degentes in aquis salsis, circa scopulos, squamosos, mediocres, minus pingues et magis mobiles. De oleribus comedat olera mixta habentia sparagos, bruscos, boragines, apium, feniculum, petroselinum, spinacea et etiam cicorea. De leguminibus comedat far ordei, far spelte, cicera nigra, et precipue jus eorum, grana Rizon (3), et etiam similia. De pane comedat panem fermentatum, bene coctum, bene mundatum, ab omni mala qualitate carente. Hec tamen, si ventre fuerit fluxili. Patiens bibat vinum album, citrinum, vel subcitrinum, clarum, odoriferum, mediocriter limphatum et precipue cum aqua predicte decoctionis. Sero vadens dormitum, accipiat pigram vel benedictam, simplicem, vel blancam, vel triferam magnam cum aqua decoctionis ejusdem cum aqua calida, vel cum vino decoctionis salvie et rute; et hoc

(1) Nel MS. 6963, nel quale segue *Patienti eundo dormitum* etc. che viene nella fine del §.

(2) Il seguente § che riguarda i cibi è conservato dal Cod. Fiorentino, con l'aggiunzione di ciò che trovasi di più nel MS. 6963.

(3) Nel MS. 6963 leggesi *risos*; nel 6964 *spelterisos*.

precipue contra vitium matricis (1). Hyeme et tempore frigido purgetur patiens circa mediam noctem cum benedicta et blanca scamoneatis ermodactilatis, vel etiam cum pillulis meis (2). Estivo vero et calido tempore cum katartico imperiali ventris laxatio.

De flegmate naturali.

Aliquando flegma naturale habundat cum febre (3) et inducit quotidianam veram, et tunc ex eo urina sic disponitur. Urina igitur in colore subcitrina, in substantia per totum et equaliter spissa sine lividitate, quotidianam significat de flegmate naturali. Ille ergo, vel illa, cujus est talis urina, quantum est in colore et substantia ipsius urine, nocte qualibet a tertia ora noctis in antea (4) predictis sinthomatibus debet infestari, primo frigore, deinde calore (5).

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est quemadmodum laboranti de ejus habundantia sine febre: sed cum tenuiori dieta est insistendum, propter febrilem discrasiam (6): et abstineat patiens a predictis oleribus calidis, decimo vel duodecimo die. Hyeme et tempore frigido purgabitur patiens cum benedicta lassativa, vel cum katartico resoluto in aqua decoctionis polipodii, agarici et seminis feniculi.

De flegmatibus innaturalibus.

Innaturalis flegmatis quatuor sunt species, scilicet, flegma acetosum, flegma dulce, — flegma salsum, — flegma vitreum.

Flegma acetosum ex accidenti verso in naturam frigidum est et siccum, ejus namque generatio habet fieri ex flegmate naturali, corrupto per frigiditatem et siccitatem ipsum inficientes atque corrumpentes (7); quod quia secundum substantiam flegmati naturali pertinet, et quantulamcumque proprietatem ipsius flegmatis retinet, unde siccitate urina sic non potest attenuare. Hoc igitur flegma aliquando habundat sine febre, interdum vero cum febre (8), et licet siccitatis sit urinam attenuare, tamen servata proprietate substantie, materie ingeneratio, non potest urinam sic reddere tenuem. Habundans sine febre sic habet urinam disponere: Urina

(1) Dal MS. 6963.

(2) *Vel etiam cum pillulis meis* manca ne' due MSS. Par. E quando appresso le cita il MS. 6963 le chiama *pillule Magistri Mauri.* In questo MS. se ne trova anche la composizione.

(3) Queste tre parole del Cod. di Firenze.

(4) Parole inintelligibili nel Codice Fior.

(5) Il Cod. Par. 6964 aggiugne: *et viij habet horas in quiete, et vj in labore, in quiete in senibus fit in hyeme.*

(6) Ciò che segue nel Cod. di Firenze.

(7) *Quod . . . . attenuare* dal Cod. Parigino n.° 6963.

(8) *Et licet. . . tenuem* dal Cod. di Firen.

igitur in colore pallida vel subpallida, karopos, lactea, glauca, vel alba, in substantia mediocriter tenuis, de flegmate acetoso indigesto vel mediocris de eo accedente ad digestionem, vel mediocriter spissa, de eo jam digesto, flegma acetosum sine febre habundare significat. Ille vel illa ergo cujus fuerit talis urina, quantum est in colore et substantia ipsius urine ex hujus humoris habundantia, his debet infestari sinthomatibus; indigestione ventris, et laterum inflatione, replectione stomachi, fastidio, acetosa eruptuatione, sputi et salivarum habundantia, gravedine capitis, gravedine renum et maxime inferiorum partium, pigritia totius corporis tam ad sensum quam ad motum. In muliere juvencula significat vitium matricis, et veniens ad tempus menstruorum, aut menstruis careat, aut ea sicut decet non habeat (1). Hec sunt sinthomata: gravedo spathularum et precipue sinistre spathule, gravedo coxarum et tibiarum.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est quemadmodum laboranti de habundantia flegmatis naturalis sine febre. Fiat patienti sero eunti dormitum exibitio pigre et benedicte vel blance vel solius trifere magne cum vino decoctionis salvie et rute. Contra matricis vitium fiat hujusmodi fomentum: folia lauris, pulegii, savine, calamenti, origani et juniperi bulliant in vino forti rubeo et odorifero vel aceto. Deinde mulier sedens super sellam ligneam, hinc inde pannis bene cooperta, fumum per inferiorem recipiat, deinde ex eodem vino more solito pudenda abluat (2); et fiat exhibitio pigre, et benedicte et blance, vel solius trifere magne. Ad provocationem menstruorum accipitur radix thassi barbassi noviter a terra extirpata et pulvere gith pulverizata, vel scammonee vel etiam calcis vive, et precedente predicta suffumicatione et ablutione subponatur sero. Sit tamen ipsa radix bene prius abrasa. Item saponaria trita cum pulvere gith et scamonea pulverizata et subposita, potenter menstrua provocat. Fiat etiam sepius subpositio blance vel trifere magne. Finnt etiam naphtales (3) de mastice, olibano, laudano, galbano, oppoponaco, trifera magna, aloe epatico, gith, bistorta, storace, calaminte, musco, ambra, xiloaloe, terenda terentur, et omnia cum oleo muscellino commisceantur et bulliant cum ipso usque ad spissationem ungueuti, et sic cum eodem oleo informentur predicti nephtales, quorum unus per novem dies ante consuetum tempus menstruorum, quolibet sero, cum vadit dormitum, mulieri subponatur, precedente tamen predicto suffumigio et ablutione.

(1) *Hec . . . . tibiarum* del Cod. Par. 6963.

(2) *Et . . . . magne* nel Cod. 6963 di Parigi. Quel che segue con qualche trasposizione è presso a poco uniforme nel Cod. di Firenze e nel predetto Cod. Parigino.

(3) Nel Cod. Par. 6964: *Valent ad mundificationem matricis et potenter ad conceptum hec.*

De flegmate acetoso cum febre.

Aliquando flegma acetosum habundat cum febre (1) et inducit quotianam veram et tunc ex eo urina sic disponitur. Urina ergo in colore subcitrina, pallori vicina, in substantia mediocriter tenuis ad mediocritatem magis accedens, de flegmate acetoso indigesto et mediocris de eo accedente ad digestionem, vel mediocriter spissa de eo jam digesto, quotidianam habundare significat de flegmate acetoso. Ille ergo vel illa, cujus fuerit talis urina quantum est in colore et substantia urine, quotidie circa sero predictis sinthomatibus debet infestari, sed gravius, primo frigore, deinde calore.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est, quemadmodum laboranti de ejus habundantia sine febre (2). Sed utrumque tenuiori dieta est insistendum propter febrilem discrasiam. Abstineat patiens a predictis oleribus calidis. Decimo vel duodecimo die estivo et calido tempore purgetur patiens cum catartico imperiali (3) resoluto cum aqua decoctionis anisi et seminis feniculi: hyeme vero et tempore frigido cum benedicta scammoneata resoluta in aqua calida, vel etiam cum katartico imperiali (4).

De flegmate dulci.

Flegma dulce ex accidenti verso in naturam calidum judicatur et humidum, ejus namque generatio habet fieri ex flegmate naturali, corrupto per caliditatem et humiditatem ipsum inficientes atque corrumpentes. Quod aliquando habundat cum febre aliquando sine febre. Habundans sine febre sic habet urinam disponere, unde talis datur regula. Urina igitur in colore citrina, vel subcitrina, in substantia equaliter per totum spissa sine manifesta lividitate, flegma dulce sine febre habundare significat. Ille ergo vel illa cujus est urina quantum est in colore et substantia urine, ex hujus habundantia his debet infestari sinthomatibus: replectione stomachi, fastidio oris, dulcedine sputi et salivarum habundantia, gravedine capitis, gravedine somni, gravedine renum et interiorum partium, pigritie totius corporis tam ad sensum quam ad motum.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio hoc modo subveniendum est. Hyeme vero et tempore frigido (5) quolibet mane jejuno detur oximel simplex cum aqua decoctionis anisi et seminis feniculi. Estivo vero et calido tempore detur oxizacar vel siroppus acetosus cum aqua ejusdem decoctionis. Utatur patiens predicta

(1) *Et . . . veram* nel Cod. Fiorent.

(2) Nel Cod. Parig. 6963 dice *laboranti de flegmate naturali cum febre*, e manca di ciò che segue da *Sed . . . calidis*.

(3) *Resoluto . . . feniculi* nel Cod. Fior.

(4) Nel Cod. Parig. 6963: *yeme et tempore frigido cum benedicta scamoneata, vel cum pillulis magistri Mauri.*

(5) Dal Cod. Fiorentino ciò che segue. Manca negli altri Codd.

dieta et abstineat a predictis oleribus calidis et ab omnibus calidis cibis et potibus. Decimo vel duodecimo die purgetur patiens cum katartico imperiali, vel etiam cum benedicta, resolutis in aqua primarum violarum, agarici et seminis feniculi.

De habundantia flegmatis dulcis cum febre

Aliquando flegma dulce habundat cum febre, et tunc ex eo urina sic disponitur. Urina igitur in colore rufa vel subrufa, in substantia equaliter per totum spissa sine manifesta lividitate, quotidianam significat de flegmate dulce. Ille ergo vel illa, cujus est talis urina, quantum est in colore et substantia ipsius urine, cum predictis sinthomatibus debet infestari; sed acutius, et omni nocte inter horas flegmatis et sanguinis quia hoc tale flegma secundum substantiam retinet naturam flegmatis, et secundum qualitatem retinet naturam sanguinis; ideo ex conditione qualitatum ad substantias, nec in horis flegmatis, nec in horis sanguinis, debet proprie affligere, nec habet siccitatem, aut acumen, ut pungat et mordicat, et inducat rigorem, nec frigiditatem, ut infrigidet (1). Quidam enim dicunt quod non fit tipus in hac febre.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est, quemadmodum laboranti de ejus habundantia sine febre. Sed utrumque tenuiori dieta est insistendum propter febrilem discrasiam (2). Decimo vel duodecimo die hyeme et tempore frigido purgabitur patiens cum katartico imperiali resoluto in aqua predicte decoctionis. Estivo vero et calido tempore purgetur patiens cum hac decoctione, pruna, viole, semina citrioli, melonis, cucumeris et cucurbite, thimum, polipodium, agaricum et semen feniculi, bulliant in aqua, et in ipsa resolvantur cassia fistula, videlicet ij manne uncie, j. addita uncia in j. pulveris mirabulanorum citrinorum, et I. kebulorum, colatum in mane propinetur.

De flegmate salso.

Flegma salsum ex accidenti verso in naturam calidum est et siccum; ejus namque generatio habet fieri ex flegmate naturali corrupto per caliditatem et siccitatem ipsum inficientes atque corrumpentes: et licet caliditatis sit urinam colorare, siccitatis attenuare (3), tamen, quia generatio fit ex flegmate naturali corrupto et quantulamcumque proprietatem ipsius substantie ingenerato; idcirco urinam sic non potest attenuare ex toto. Hoc igitur flegma aliquando habundat cum febre, interdum vero sine febre. Habundans

(1) *Quidam . . . febre* nel Cod. Parig. 6963.

(2) *Decimo . . . propinetur* nel Cod. Fior. Nel Cod. Parig. 6963 prescrivesi soltanto l' ossizaccara col salasso alla vena basilica del braccio destro.

(3) *Tamen . . . ex toto* dal Cod. Par. 6963.

sine febre sic habet urinam disponere. Urina igitur in colore citrina, vel subcitrina, in substantia mediocriter tennis ad mediocritatem magis accedens, de flegmate salso indigesto, vel mediocris de eo accedente ad digestionem, vel mediocriter spissa de eo jam digesto, flegma salsum sine febre habundare significat. Ille ergo vel illa, cujus est talis urina quantum est in colore et substantia urine, ex hujus humoris habundantia, his debet infestari sinthomatibus: indigestione, replectione stomachi, fastidio oris, salsedine, gravedine capitis, dolore frontis partim extensivo partim pungitivo, siti, dolore capitis, gravedine renum et maxime inferiorum partium, pigritie totius corporis tam ad sensum quam ad motum, pruritu etiam totius corporis, et precipue tibiarum, cossarum et cubitorum, quod provenit ex vigore virtutis attractive vigentis in his membris propter eorum continuo motu.

Cura. — Patiens igitur ab ipso principio hoc modo subveniendum est. Hyeme vero et tempore frigido dabitur quolibet mane jejuno (1) oximel squillitícum et factum de radicibus sparagi, brusci, apii, petroselini, boraginis, et feniculi. Estivo et tempore calido dabitur oximel simplex cum aqua calida Utatur patiens predicta dieta et abstineat a predictis oleribus, et ab omnibus calidis cibis salsis, frixis et acruminibus. Decimo vel duodecimo die purgetur patiens, hyeme et tempore frigido, cum ieralogodion, vel cum jerarufini, vel cum hierafortissima, solis vel etiam cum pillulis meis (2). Estivo vero et calido tempore purgetur cum oxilaxaton, vel cum catartico imperiali, vel cum electuario frigido, vel cum electuario de succo rosarum, et benedicta veteri. Pro pruritu totius corporis lavetur in aquis salsis et sulfureis (3) vel etiam aluminosis. Fiat etiam hoc unguentum (4), quod potissime valet ad lepram, scabiem, et etiam mortiferam. Recipe sulfur vivum, auripigmentum, tartarum, nitrum sulianum, aloen epaticum sive succitrinum, ciminum assum, fuliginem, elleborum album et nigrum, cinerem corticis fraxini, calcem non extinctam, succum fumiterre, duo vel tria vitella ovorum, sanguinem testudinis marine. Pulverizanda pulverizes, liquefacienda liquefies, et misces omnia cum amurcá olei vel cum oleo, et facies bullire ad lentum ignem usque ad spissitudinem unguenti. Ex hoc igitur unguento patiens intrans balneum inungat se fortiter, ut videatur unguentum quasi incorporari, et tamdiu teneat ipsum super se intus in balneo, donec plurimum sudet. Deinde cum exierit de balneo cum cantabro in forti vino, vel in fortissimo aceto bullito corpus fortiter fricet usque ad perfectissimam remotionem unguenti, et sic cum sapone saracenico perfecte corpus abluat unctione precedente. Estivo et calido

(1) La terapeutica varia sempre ne'codici. — Si conserva quella del MS. Fiorent. che é più distinta.

(2) Qui al solito il Cod. Parig. 6963 dice *vel cum pillulis Magistri Mauri*.

(3) *Vel . . . aluminosis* nel Cod. Fior. nel Cod. Par. 6963 *et amaris*.

(4) *Quod . . . mortiferam* nel Cod. Fior.

tempore fiat minutio de vena epatica sinistro brachio, vel de vena stomachi, vel quolibet tempore de basilica dextre manus. Et pro passione de flegmate acetoso fiunt karaxationes (1) tibiarum cum multa attractione sanguinis de parte exteriori utriusque tibie, et capite lacerti vicinantis genu.

De flegmate salso cum febre.

Aliquando flegma salsum habundat cum febre, et tunc ex eo urina sic disponitur:— Urina igitur in colore rufa vel subrufa, in substantia mediocriter tenuis, ad mediocritatem magis accedens, de flegmate salso indigesto, vel mediocris eo accedente ad digestionem vel mediocriter spissa de eo jam digesto sine lividitate quotidianam fingit de flegmate salso. Ille ergo vel illa, cujus fuerit talis urina quantum est in colore et substantia ipsius urine, predictis sinthomatibus quotidie ab hora nona diei in antea debet infestari, primo rigore deinde calore, que accessio durat ad plus usque ad mediam noctem.

Cura.— Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum. Si vires et etas permiserint (2), estivo et tempore calido fiat minutio sanguinis ad quintum diem de vena basilica (3) dexteri brachii, que est inter medium et auricularem. Hyeme vero et tempore frigido usque ad VI dies, de vena stomachi, sinistri brachii, et de predicta facta minutione, hyeme et tempore frigido dabitur Zuccarum rosatum cum aqua calida. Estivo vero et calido tempore dabitur sciropus rosaceus vel violaceus cum aqua frigida. Aliis autem diebus, mane jejuno detur sciropus rosaceus vel oxizacarus, melorum granatorum acetosorum, cum zuccaro et aqua calida: preterque in secundo et tertio die post minutiones dabitur sciropus rosatus vel violaceus cum aqua frigida, seminum (4). Utatur patiens tenui dieta, scilicet pane et aqua bullita et infrigidata, farre ordei, lacte amigdalarum, scariolis, portulacis, granatis, uvis judaicis, prunis damascenis, cucurbita assa in agresta, prenidiis (5), et his similibus.

(1) La voce *caraxactiones* è adoperata da' Salernitani, per indicare le scarificazioni superficiali della cute. Essi si servivano delle voci *charaxare* o *caraxare*, come rilevasi da questo verso (vers. 1799, pag. 504, vol. I.).

Summa caraxamus, sed infima scarificamus.

In Ducange non si trovano quelle voci nell'indicato senso, ma bensì nel senso di *scribere*, ed è a credere che i Salernitani l'abbiano adoperate in senso translato, per l'analogia dell'atto dello scrivere con lo scarificare leggermente. Nel Cod. Parig 6963 dice *scarificationes*.

(2) Solita formola adoperata dagli Scrittori del medio evo nel prescrivere il salasso.

(3) Nel Codice Parig. 6963 dice *epatica*, e vi è una notabile differenza in tutta la cura.

(4) Manca la voce: forse *frigidorum*.

(5) Nel Cod. Fior. leggesi *penidiis*, voce della farmacopea Salernitana, che indica una pastiglia formata con mele o zuccaro addensato, ridotto a

Hyeme et tempore frigido extremitas pullorum, vel pullus elixus cum farre ordei vel in alia farina decoctus patienti existente debili convenienter poterit exiberi, visis signis digestionis materie, quod cognoscitur per maiorem urine spissitudinem, per anticipationem accessionis, et per acumen afflictionis, et per diuturnitatem accessionis. Hyeme et tempore frigido purgabitur patiens X.° vel XII.° die cum oxilaxato, vel cum katartico imperiali, vel cum pillulis meis (1). Estivo vero et calido tempore, purgetur cum predictis in regione frigida, vel cum hac decoctione herbarum diureticarum, pruna, viole, semina melonis, citreoli, cucumeris et cucurbite, polipodium, agaricum, semen feniculi, anisum, thimum, ocimum, bulliant in aqua, in qua resolvantur casie fistule ·℥· jj, manne ·℥· j, postremo apposita ·℥·. mirobalanorum kebulorum et alia citrinorum, et circa tertiam horam diei propinetur patienti colatura mane post primam vel secundam assellationem; patiens bibat frequenter de aqua frigida in magna quantitate ad meliorem purgationem faciendam.

Dē flegmate vitreo.

Flegma vitreum ex accidenti verso in naturam frigidissimum est et humidissimum. Ejus namque generatio habet fieri ex flegmate naturali corrupto propter multam intensionem frigiditatis, et humiditatis. Aliquando enim flegma naturale quod in substantia nimis est fluidum continetur stomacho, in quo multus est frigidatis excessus; unde per frigiditatem habentem motum ad centrum, subtilium est fluidarum partium, ipsius flegmatis condensatio fit et conglutinatio. Caliditas vero potentialis existens in quolibet corpore elementato latitans in intrinseca substantia ipsius flegmatis ibi agit quod suum est; dissolvit enim, resolvit et consumit, et sic subtiliat et extenuat; per frigiditatem ergo extenuantem et constringentem fit partium flegmatis naturalis insortio, et interiorum corruptio, et ex eis corruptis generatio fit flegmatis vitrei (2), quod habundat in stomacho et intestinis. Et propter nimiam tortionem et dolorem stomachi et intestinorum distemperantia fit *spirituum* quod numquam potest habundare, quod non inducat febrem. Et licet frigiditatis sit urinam discolorare, humiditatis inspissare: tamen hoc flegma dupliciter urinam disponit scilicet secundum principium sue dissolutionis et secundum finem.

Urina igitur in colore alba, in substantia inequaliter spissa cum quadam gleba humoris in fundo, principium dissolutionis flegma-

pasta tenace, e poi diviso a piccoli pezzi simiglianti ad un pennello. Di queste pastiglie ancora si fa uso in Napoli ed in tutta la bassa Italia, e son conosciute con un nome probabilmente di origine Saracenica, *franfellicchi*. Leggasi la nota* a pag. 68, II. Vol.

(1) *Pil. Mag. Mauri.* Cod. 6963.

(2) *Quod... febrem* nel Cod. Fior.

vida, vel nigra, aut subnigra spasmum ex inanitione supervenire consuevit (1); et tunc patiens mortis judicio condempnatur.

De melancolia.

Melancholia alia *naturalis* est, alia *innaturalis*.

Naturalis melancolia naturaliter frigida est et sicca, in colore terrea, in sapore acetosa, in substantia spissa et in epatis sima inter alios humores per materiam generata: que aliquando habundat cum febre, interdum vero sine febre (2). Et quia, sicut prediximus, frigiditati est urinam discolorare, siccitatis actennare; ideo melancolia habundans sine febre urinam habet reddere discoloratam et tenuem. Urina igitur in colore pallida, vel subpallida, karopos, lactea, glauca, vel alba: in substantia equaliter per totum (3) tenuis melancoliam naturalem sine febre habundare significat. Ille ergo vel illa, cujus talis est urina quantum est in colore et substantia ipsius urine ex hujus humoris habundantia his debet infestari sinthomatibus: (4) indigestione ventris, et laterum inflatione, gravedine capitis, gravedine renum et inferiorum partium et scothomia: et in muliere juvencula (5) talis apparens urina significat vitium matricis, ut veniens ad tempus menstruorum, menstruis careat, aut ea, sicut deberet, non habeat (6); cujus vitii hec sunt sinthomata, scilicet dolor spathularum et precipue sinistre spathule, gravedo coxarum et tibiarum et genuum.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est, quemadmodum laboranti de habundantia flegmatis (7) acetosi sine febre.

De melancholia naturali cum febre.

Habundans cum febre, urinam sic habet colorare. Aliquando melancolia naturalis habundat cum febre, et tunc inducit quartanam: in qua quidem urine color determinatus non apparet. Sed ad plus sequenti die post accessionem propter febrilem discrasiam urina apparet citrina et tenuis. In aliis autem diebus est pallida, vel subpallida, vel subcitrina pallori vicina et tenuis. Notandum tamen est quod in solutione quartane, ex admixtione melancholici humoris ad urinam, urina apparet nigra et subnigra et spissa: unde Teofilus « Quartanario soluto et melancolico humore e corpore » exeunte per urinas, urine apparent nigre vel subnigre et spisse ».

Cura. — Laboranti quartana de melancolia naturali predictis sin-

(1) *Spasmum . . . . consuevit* mancano nel Cod. Fior.
(2) *Et . . . . tenuem* nel Cod. Fiorent.
(3) *Spissa* nel Cod. Par. 6963.
(4) *Indigestione . . . . inflatione* nel Cod. Fior.
(5) Le seg. tre parole nel Cod. Par. 6963.
(6) *Cujus . . . genuum* nel Cod. Parig. 6963.
(7) *Naturali* nel Cod. Parig. 6963.

thomatibus de quarto in quartum diem circa horam IX debet infestari: primo orripilatione, deinde calore. Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum, mane jejuno dabitur oximel factum de radicibus sparagi, brusci, apii, feniculi, petrosilli, rafani et squille cum aqua calida. Utatur patiens dieta scripta in habundantia flegmatis naturalis propter quod in die accessionis non commedat ante accessionem sed post eam. Visis autem signis digestionis materie quod cognoscitur (1) per remissionem tenuitatis urine, per anticipationem accessionis, per acumen afflictionis, per diuturnitatem affligendi et per remissionem tipi.

Purgabitur patiens (2) ante VII vel VIII accessionem hyeme et tempore frigido cum diasene vel cum katartico imperiali et scammoneata: estivo vero et calido tempore cum decoctione ista que recipe omnes herbas diureticas, radices sparagi et brusci, apii, feniculi, petroselini, scariole, boraginis, sene, thimi, epithymi, agarici, polipodii, squinanthi, seminis basiliconis, azara baccara et silŭo (?), semina melonis, citreoli, cucumeris et cucurbite, prune, sebesten, vivibus (?) et ordei sicci, cedri et tamarisci. In aqua igitur talis decoctionis resolvatur casie fistule ʒ ij. manne ʒ j. ultimo apposita ʒ et dimid. pulveris mirobalanorum citrinorum ʒ j kebulorum ʒ j, belliricorum ʒ j et emblicorum ʒ j, et quartam partem uncie colature in mane propinetur. Post quintam vel sextam assellationem exibeantur iij scrupuli lapidis lazuli, et lapidis armenici molitorum et novies ablutorum (3), et ʒ j feruginis, cum aqua predicte decoctionis. Si vero post purgationem contingat remanere quartana, fiat multoties exibitio rubee, vel muse, vel esdre, vel opiate, vel tiriace, ante horam accessionis cum aqua calida, vel vino calido pulvis factus deinde de interioribus coloquintide et de hermodactilis et consolidatur in equali quantitate in modum trium vel iiij ʒ in principio accessionis cum (4) aqua calida poterit exiberi.

De speciebus melancolie

Melancolie innaturalis due sunt species, quarum una generatur ex ammixtione melancolie naturalis et colerici humoris incensi: Altera per intensionem qualitatum colere eruginose. Que fit ex admixtione melancolie naturalis et colerici humoris incensi, minus est frigida et magis sicca melancolia naturali; et ista similiter que

(1) *Per . . . urine* nel Cod. Fior.
(2) Le seg. cinque parole nel Cod. Parig. 6963.
(3) *Et . . . feruginis* nel Cod. Parig. 6963.
(4) Nel Cod. Par. 6963: *vino*.

albi, et semina portulace et pista: commisceas cum oleo viole, et cum lacte mulieris nutrientis puellam; frontibus et temporibus patientis apponatur; fiat etiam inunctio fronti et temporibus de oleo frigido, vel de oleo amigdalato, vel ex populeon; fiat etiam epitima super epar. Si materia fuerit in epate, de oleo viole et rose, et agresta, de sandalis albis et rubeis, citrinis, suco sempervive, solatri, rasure cucurbite, vermicularis et crassule sale.

De speciebus colere innaturalis.

Innaturalis colere quatuor sunt species. Colera citrina, colera vitellina, colera prassina et colera eruginosa. Colera citrina ex accidenti verso in naturam calida judicatur et sicca (1) minus tamen colera naturali. Ejus namque generatio habet fieri ex admixtione colere naturalis et flegmatis naturalis. Et licet caliditatis sit urinam colorare, siccitatis actenuare: tamen ex contradictione substantie ad substantiam et qualitatum ad qualitates, minus est calida et sicca quam colere naturalis; unde colorat nec ita attenuat urinam. Colera citrina igitur aliquando habundat cum febre, interdum vero sine febre: habundans sine febre, urinam sic habet immutare: Urina igitur in colore citrina remissa, in substantia mediocriter tenuis, ad tenuitatem magis accedens, coleram citrinam sine febre habundare significat. Ille ergo vel illa, cujus est talis urina, quantum est in colore, et substantia ipsius urine ex hujus humoris habundantia, his debet infestari sinthomatibus: indigestione, repletione stomachi, fastidio, gravedine capitis, dolore frontis partim pungitivo, partim extensivo, gravedine renum et inferiorum partium, pigritie totius corporis tam ad sensum quam ad motum.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum, ut in laboranti de habundantia flegmatis salsi sine febre preter quod non debet fieri exibitio oximelis squillitici, nec indiget purgatione ieralogodion et ierarufini: purgabitur tamen patiens cum predictis electuariis (2) et pillulis meis. Aliquando colera citrina habundat cum febre, et tunc: urina ex ea sic disponitur: urina igitur in colore citrina intensa, in substantia mediocriter tenuis, ad tenuitatem magis accedens, tertianam significat de colera citrina. Ille ergo, vel illa, cujus est urina quantum est in colore et substantia urine, predictis sinthomatibus de tertio in tertium diem, circa vesperas debet infestari, primo frigore deinde calore. Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est, quemadmodum laboranti cotidiana de flegmate salso.

(1) Le quattro seg. par. manc. nel Cod. Par. 6963.
(2) *Et pill. meis* manca nel Cod. Par. 6963.

De colera vitellina.

Colera vitellina ex accidenti verso in naturam calida est et sicca: (1) ejus namque generatio fit de colera naturali et fleugmate vitreo; unde tantum est calida minus et sicca quam citrina in quantum flegma vitreum magis frigidum est et humidum flegmate naturali. Ideoque ex ea urina minus habet colorari, et minus tenuis efficitur propter predictam rationem: hec igitur colera aliquando habundat cum febre, interdum vero sine febre. Habundans sine febre urinam sic habet disponere: Urina igitur in colore citrina remissa, in substantia mediocriter tenuis ad tenuitatem magis accedens, coleram vitellinam sine febre habundare significat. Ille ergo vel illa cujus est talis urina, talibus debet infestari sinthomatibus, quibus etiam laborantes de habundantia colere citrine sine febre: sed tamen utcumque intensioribus. Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est quemadmodum laboranti de colera citrina sine febre (2). Ejus namque generatio habet fieri ex admixtione colere naturalis et flegmatis vitrei.

De colera vitellina cum febre.

Aliquando colera vitellina habundat cum febre, et tunc ex ea urina sic disponitur: urina ergo in colore subcitrina aliquantulum intensa, in substantia mediocriter tenuis, ad tenuitatem magis accedens, tertianam de colera vitellina habundare significat. Patiens igitur predictis sinthomatibus de tertio in tertium diem circa vesperas debet infestari, primo frigore deinde calore (3) sed utcumque gravius propter febrilem discrasiam. Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est, quemadmodum laboranti (4) tertiana de colera citrina.

De colera prassina.

Colera prassina est eruginosa (5) propter suarum qualitatum violentiam febrem non consueverunt inducere, nec urinam proprie immutare. Sed in acutis febribus mortifera inducunt apostemata, que a Galeno (6) dicuntur papule sive antraces, seu etiam *carbunculi* (7), et que operantur foramina ab intrinsecis ad extrinseca, ita quod ab extrinsecis intrinseca poterit videri, et consueverunt iiij, vel v supervenire, et tunc urina apparet viridis, seu li-

(1) *Ejus . . . quam* nel Cod. Par 6963.
(2) Questo § manca nel Cod. Par. 6963.
(3) *Sed . . discrasiam* manca nel Cod. Fior.
(4) Nel Cod. Parig. 6963: *laboranti de cotidiana de flegmate salso.*
(5) Le quattro seg. parol. mancano nel Cod. Parig. 6963.
(6) La citazione di Galeno nel Cod. Parig. 6963 dove mancano le parole *sive . . . carbunculos.*
(7) *Et que . . . supervenire* mancano nel Cod. Fiorent.

te in aere ; unde tunc illius humoris dominium consurgit in corpore, qui similibus afficitur qualitatibus, videlicet sanguinis. Merito ergo minutio et mundificatio sanguinis in horis ipsis perficetur.

De colera naturali.

Colera alia naturalis est , et alia innaturalis. Naturalis colera naturaliter calida est et sicca , in colore crocea , in sapore amara (1) cum acumine, in substantia clara et in epatis sima inter alios humores per materiam generata Que aliquando habundat cum febre, interdum vero sine febre. Habundans sine febre urinam sic habet immutare: urina igitur in colore citrina vel subcitrina, in substantia per totum et equaliter tenuis , coleram naturalem sine febre habundare significat, que aut continetur in stomacho, aut in epate, aut in cisti fellis, aut in intestinis (2); et per hoc coloris urine fit diversificatio , et etiam sinthomatum. Si quidquid fuerit in stomacho, hec sinthomata erunt intensiora: dolor frontis, sitis , amaritudo oris , siccitas lingue et palati, aurium tinnitus , vigiliarum instantia, ventris tortio, punctura et mordicatio stomachi, vomitus adest colericus. Si vero contineatur in epate vel in cisti fellis, hec sinthomata erunt (3) remissiora : sed urine major erit coloratio, et precipue superius. Adest etiam ventris constipatio propter vigorem virtutis epatis attractive, et dolor deinde stomachi , ypocondriorum et renum. Si vero finaliter fuerit in intestinis , omnia predicta sinthomata erunt remissiora. Adest intestinorum punctura et dolor, et ardor et fluxus ventris aliquando colericus.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio hoc modo subveniendum est: mane jejuno dabitur sciropum acetosum , vel oxizacara , vel succus malorum granatorum acetosorum cum zucaro et aqua calida. Utatur patiens frigida dieta, secundum quod superius dictum est in laboranti cotidianam de flegmate salso : purgabitur patiens hyeme et tempore frigido cum oxilaxato , vel cum electuario frigido, vel cum electuario de suco rosarum , vel cum katartico imperiali veteribus, si non affuerit fluxus ventris. Estivo vero et calido tempore purgabitur patiens cum hisdem electuariis , et cum ista decoctione omnis herbe diuretice (4), pruna, viole, semina melonis, citreoli, cucumeris et cucurbite; bulliant in aqua, in qua resolvantur casie fistule. ʒ . ij, manne ʒ tamarindorum ʒ ij ultimo apposita, postmodum pulveris mirobalanorum citrinorum. ʒ . j colatura in mane in horis colere propinetur (5). Die antea purgationem fiat exhibitio trifere saracenice , vel cum succo scariole ,

(1) Le due seg. par. mancano nel Cod. Par. 6963.
(2) Le seg. par. mancano nel Cod. Par. 6963.
(3) *Intensiora* nel Cod. Par. 6963.
(4) Le seg. sette parole mancano nel Cod. Par. 6963.
(5) Tutto il resto di questo § manca nel Cod. Par. 6963.

vel cum succo solatri vel etiam cum frigida vel cum aqua seminum, et hoc precipue si materia contineatur in epate, vel cista fellis. Si vero affuerit fluxus ventris, detur zucarum rosaceum cum aqua rosacea vel pluviali et purgetur cum miroballanis citrinis positis in aqua rosacea vel pluviali. Eorum colature fiat exibitio.

De colera naturali cum febre.

Aliquando colera naturalis habundat cum febre, et tunc ex eo urina sic disponitur; urina vero in colore rufa vel subrufa, rubea vel subrubea, in substantia equaliter per totum tenuis, simplicem significat tertianam de colera naturali (1) in juvene et colerico. Ille ergo vel illa, cujus est talis urina quantum est in colore et substantia urine, predictis sinthomatibus de tertio in tertium diem a tertia hora diei in antea debet infestari, principio frigore, deinde calore: quorum sinthomatum etiam urine fit diversificatio, secundum quod predictum est. Notandum vero est, quod sola urina citrina in melancolico, sene, flegmatico, vel muliere, et puero, in quibus tum etas, tum sexus, tum complexio excessum frigiditatis predicant, simplicem significat tertianam. Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum (2): si vires et etas permiserint, estivo et calido tempore usque ad quartum diem, scilicet in primo, secundo, tertio et quarto competens poterit fieri minutio de vena epatica dexteri brachii: hyeme vero et tempore frigido exibeatur zuccarum rosaceum, vel sciropus rosaceus cum aqua calida. Estivo vero et calido tempore vel ipsum zucarum, vel sciropus rosaceus vel viole cum aqua frigida. Aliis autem diebus preter quam in secundo et tertio die post minutionem detur sciropus acetosus vel oxizacara, vel sucus malorum granatorum acetosorum cum zucaro et aqua calida. Utatur patiens tenui dieta, pane et aqua, farre ordei, lacte amigdalarum, scariole, portulace, cucurbita assa in agresta, uvis judaycis et his similibus, et etiam patienti debili de tertio in tertium diem, videlicet in die interpolationis, pullus elixus competenter poterit exiberi. Decimo vel duodecimo die hyeme et tempore frigido purgabitur patiens cum oleo frigido vel de suco rosarum, vel cum oxilaxato veteribus. Estivo vero et calido tempore, cum predicta decoctione, pro vigiliarum instantia, fiat tale fomentum: rosa, mirti, cassilago, malve, et herba violaria bulliant in aqua, et de hac aqua abluat igitur patiens faciem et manus a cubitis inferius, et thibias a genu inferius, et si hec herbe non inveniuntur hoc idem facere poteris de frondibus lactuce, salicis, et canne. Fiat etiam emplastrum circa frontem et tempora de requie, vel etiam accipias semina cassilaginis, opium thebaicum, et semina papaveris

(1) Le quattro seg. par. mancano nel Cod. Parig. 6963.
(2) Tutto il resto di questo §, che contiene minutamente la cura, è del Cod. Fiorent. essendovi appena pochissime cose indic le nel Cod. Parig. 6963.

tis vitrei significat. Et si enim compositum sit ex subtilibus partibus in sue tamen dissolutionis principio, et in frusta qnedam dissolvitur, id quod videtur fieri in glacie, que etsi ex subtilibus partibus constat, in sue dissolutionis principio (1) in frusta quedam dissolvitur. Urina vero alba et tenuis et multum mixta in fine febrium veniens, finem dissolutionis flegmatis vitrei significat. Unde Teophilus inquit: « Urina alba et tenuis et multum mixta in fine « febrium veniens amphimerinam significat deficientem (2), vel » cotidianam de flegmate vitreo. Quia in *suas proprias* partes subti- » les flegma dissolvitur sicut ipsa glacies, que plenarie actione ca- » loris suscipiens in sui partes liquidissimas et subtiles dissolvitur ». Ille ergo vel illa cujus est talis urina, quantum est in colore et substantia ipsius urine his debet infestari sinthomatibus. Nocte qualibet primo frigore multo, deinde calore lento et pauco, torsione et dolore stomachi et intestinorum, cum gravedine capitis (3), gravedine renum et maxime inferiorum partium; et quandoque nimia adest extremorum frigiditas, et ex eius continentia in intestinis sequitur dolor stomachi, et tortio intestinorum intollerabilis. Unde Galenus de seipso inquit. « Videbatur mihi intestina » mea quasi quodam terebello perforari, ad ultimum clisteriza- » tus aqua et sale, melle, et oleo emisi flegma quale Anassagoras (4) « vitreum appellavit ».

Cura.— Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum. Mane jejuno detur oximel squilliticum, vel factum de radicibus sparagi, brusci, apii, feniculi, petroselini, rafani et squille cum aceto, et melle; acetum subtilitate sue substantie dividit nec infrigidat propter caliditatem mellis et radicum. Mel enim cum radicibus calefacit et mundificat. Vinum enim securfter propinetur et raro; exibeatur pigra et benedicta sero eunti dormitum cum vino decoctionis salvie et rute; sint tamen scammoneate et exulate (5). De vino, bibat vinum bonum, sanum et forte, et non nimis limphatum; de pane, comedat panem bene coctum et bene mundatum, ab omni malitia carentem; de carnibus, comedat carnes annualis agni vel porci, carnes pullinas et alias temperate calidas. Stomachus, renes et intestina inunguntur dialtea et cum alio unguento calido, ut marciaton arogon et his similibus. Fiat autem clystere primo mollitivum deinde mordicativum. Mollitivum sic fit: mercurialis et cantabrum bulliantur in aqua (6) salsa, vel salamana, et in medio decoctionis apponatur malva, deinde colatur, et addantur mel et oleum. Sit tamen aqua calida, et sic per clysterem iniciatur. Mordicativum sic fit. His omnibus predictis addatur pul-

(1) Ciò che segue, fino a *finem* è omesso, per errore del copista, nel Cod. Par. 6963.

(2) Ciò che segue della citazione di Teofilo manca nel Cod. Par. 6963.

(3) Le sei parole seguenti mancano nel Cod. Fior.

(4) Cod. Par. 6964 *Cassegoras*; Cod, Fior. *Erescecoras*.

(5) Questo § manca nel Cod. Fiorent.

(6) Le tre seg. parol. nel Cod. Fiorent.

vis salgemme, vel pulvis nitri , vel pulvis salis communis , et sic per clysterem similiter iniciatur. Hyeme et tempore frigido purgabitur patiens cum yeralogodion, vel cum yerarufina (1), vel cum yera fortissima Galeni , vel cum pillulis meis. Estivo vero et calido tempore purgetur cum benedicta scammoneata veteri, et cum pillulis aureis. Nunc nota quod sicuti diei naturalis viginti et quatuor sunt hore, et humores naturales sunt quatuor; quislibet humor sex sibi vindicat horas digestionis in corpore:

Tres lucis primas noctis et sanguinis imas ;
Vis colere medias, sex lucis vindicat horas;
Datque melancoliam noctis tres lucis et imas ;
Centrales ponas noctis sex flegmatis horas (2).

A tertia hora diei igitur usque ad nonam ejusdem, sole omnino existente in hoc superiori emisperio , aer circa nos disponitur in plurima caliditate, et per caliditatem dissolventem , resolventem et consumentem inducit siccitatem. Tum igitur illius humoris dominium consurgit in corpore , qui similibus afficitur qualitatibus scilicet colere. Laborantes ergo de colera in his horis potissime affliguntur; merito ergo medicine purgantes coleram in horis his potius sunt exhibenda Et ideo aque calide exibitio decoctionis purgantis coleram, et alia eamdem coleram purgantia, in his horis precipitur fieri. A nona hora diei usque ad tertiam noctis, sole descendente ab hoc superiori emisperio ad inferius, aer circa nos aliquantulum incipit infrigidari et in frigiditate disponi. Sed quia nondum est tanta frigiditas, ut condensando valeat humiditatem inducere, remanere debet dominium siccitatis cum frigiditate in aere , tunc igitur illius humoris dominium consurgit in corpore , qui similibus afficitur qualitatibus, scilicet melancholie. Laborantes ergo de melancolia in his horis potissime affliguntur, et medicine purgantes melancoliam in his horis potius sunt exhibende. A tertia hora noctis usque ad nonam eiusdem , sole prorsus existente omnino in inferiori emisperio , aer circa nos plurimum debet infrigidari , et per frigiditatem condensantem et inspissantem aer disponitur in humiditate. Tunc igitur illius humoris dominium consurgit in corpore, qui similibus afficitur qualitatibus, scilicet flegmatis. Laborantes ergo de flegmate in his horis potissime infestantur , et medicine purgantes flegma in his horis potius sunt concedende. A nona vero hora noctis usque ad tertiam diei , sole ascendente ab inferiori emisperio ad superius , aer aliquantulum circa nos debet incipere calefieri et disponitur in caliditate. Sed quia non est tanta caliditas ut dissolvendo resolvendo et consumendo , sicci tatem valeat inducere, remanere debet dominium humiditatis cum calidita-

(1) Le segu. cinque parole mancano nel Cod. 6963 di Par. ed invece di *pill. meis* dice, *pill. Mag. Mauri.*
(2) Questi versi trovansi nel solo Cod. Parig. 6964.

Hec autem species per urinas dinoscuntur. Urina in colore rufa vel subrufa , in substantia mediocriter spissa et superius livens, minorem significat emitriteum. Ille ergo vel illa, cujus est urina quantum est in colore et substantia urine , continuo calore debet infestari, et particulari typo , in nocte gravius quam in die, quotidie quod provenit propter impetum flegmatis, oppressione oculorum et palpebrarum. Sero debent infrigidari extremitates et postmodum calor fortius invadere Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum , ut in laborante (1) cotidiana de flegmate salso. Notandum tamen est quod in his fortissime debet fieri fricatio in volis manuum et peduum, estivo vero et calido tempore cum sale et aceto; hyeme et tempore frigido cum aqua salmacinata tepida et sale.

Urina vero in colore rubea vel subrubea , in substantia mediocriter tenuis vel mediocriter spissa, superius livens, medium emitriteum significat. Laborantes medio emitriteo continuo calore infestantur: sed de tertio in tertium diem gravius et particulari typo, quod provenit propter impetum colere existentis intra vasa. Ad quorum intrinsecorum adiutorium extrinseca membra tamquam nobilia spiritum et calorem ad se emittunt ad coadjuvamentum eorum spiritu et calore pauperata frigescunt (2).

Patienti igitur ab ipso principio subveniendum est ut in laboranti minori emitriteo. Sed tamen laborantes medio collocandi sunt in domo obscura et frigida: laborantes majori in domo clara.

Urina vero in colore livida , viridis , vel nigra , quod provenit propter adustionem nimiam vel mortificationem, et in substantia spissa , majorem significat emitriteum. Patiens calore continuo infestatur acutissimo et de quarto in quartum gravius, a nona hora diei, precedente particulari typo; cujus autem emitritei impossibilis curatio et ne dum istius imo etiam aliorum duorum. Unde Galenus inquit: « Scitote omnes emitriteos potius divina quam » humana manu curari ». Major autem emitriteus prima secunda tertia aut quarta interficit.

De apostematibus concomitantibus febribus.

Executo tractatu febrium sufficienter , agendum est de apostematibus, tum quia apostemata febres comitantur , tum etiam quia quedam febres per apostemata determinantur : et prius agendum est de apostematibus cerebri , quia dignius est quolibet membro corporis. Licet apostematum cerebri varie sint species, tamen eorum nomina non habemus nisi de duobus , scilicet frenesis et litargie. Frenesis est apostema, quod proprie fit in frenibus cerebri, idest in panniculis, scilicet in piam matrem et in duram matrem

(1) Nel Cod. Par. 6963: *duplici quartana.*
(2) Segue una cassatura nel Cod cc.

in anteriori cellula capitis (1). In illis panniculis cerebrum frenantibus et obvolvantibus materia colligitur, non in cerebri substantia ut quidam dicunt. Et dicitur *Frenesis* a *freno* quod est mens, quod in hac passione maxime mens leditur. Litargia vero est apostema quod fit in posteriori cellula capitis (2); et dicitur litargia a *lethes*, quod est oblivio, eo quod patientem reddit obliviosum.

De frenesi.

Frenesis alia *vera* et alia *non vera*. Vera frenesis est illa, quo habet fieri de colera in anteriori cellula capitis ad apostema collecta. Non vera que fit de alio humore, scilicet de sanguine vel flegmate, vel melancolia vel fumositatibus petentibus superiora, vel alio humore spiritum naturalem inficientibus et immutantibus secundum se. Vera autem cum fiat in acutis febribus, sic per urinam ipsius habeatur notitia. Si ergo precedente urina colorata et tenuis, vel mediocriter tenuis, vel mediocriter spissa si sequatur urina discolorata et tenuis signum previum est ad frenesin si egri non sequitur alleviatio. Queritur tamen hic, quare laborantes frenesi habeant urinam discoloratam et tenuem, cum frenesim febris sequatur acuta, et caliditatis sit urinam colorare. Ad hoc respondet Isaac in libro Urinarum, dicens « Calore igneo et extra-» neo urina non tingitur sed naturali, et si enim febris sit conti-» nuus calor non tamen naturalis imo extraneus iudicatur ». Quod probat Constantinus dicens « Putredo et corruptio substan-» tialis humiditatis corporis perturbationem et ebullitionem ex-» tranee caliditatis in corpore effecta, ita tamen naturalis color in » hoc differt a febrili, quia calor febrilis subjecto manente perit, » naturalis vero non ». Dupplici ergo de causa urine discoloratio fit in frenesi tum ex febrilis caloris acumine, tum ex caloris naturalis dupplici defectu. Agens calor febrilis in humorum et urine materiam cum multo acumine ipsam dissolvendo et resolvendo subtiliat et actenuat. Unde dum calor naturalis in ea non invenit coherentiam, suum effectum in ea non potest consequi, ut resolvendo terrestres et aquosas partes in igneas et aereas; et eas multiplicando, possit urinam reddere coloratam, quod patet in extrinsecis; aer enim existens in cacuminibus montium liberam habens exalationem ventorum subtiliatur; unde dum sol in ea non invenit coherentiam non potest ipsam calefacere, ideoque infrigidatur : defectus vero naturalis caloris habet fieri circa locum generationis urine. Calore igitur multo febrili dum substantia corporis dissolvitur et consumitur, que caloris naturalis iudicatur fomentum, calor naturalis deficit, sed deficiente calore naturali contrarie qualitatis insurgit vigor, et fit intensior scilicet frigiditatis per frigi-

(1) *In. . . . . dicunt* dal Cod. Par. 6963. Ciò che segue nel solo Codice Fiorent.
(2) *Et . . . . obliviosum* nel Cod. Fior.

ignis. Fit autem causon de colera putrefacta in subtilissimis venis oris, stomachi, pulmonis, cordis et epatis.

Urina ergo in colore rubea vel flammea intensa, mediocriter tenuis ad tenuitatem magis accedens, cum multa spuma superius sine obumbratione et lividitate, que provenit propter multum fervorem, causon significat.

Patiens calore infestatur continuo et in humore colere acutis, vigiliarum instantia et dolore frontis acutissimo. Habet tamen matutinam requiem non tamen plene mundam remissionem, ut inquit Galenus. Cujus ratio rei in subsequentibus assignabitur. Sinthomata vero colere plene sunt intensa.

Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum quemadmodum laboranti duplici tertiana. Fiat competens minutio de vena epatica dexteri brachii. Facta minutione detur sciropus rosaceus vel violaceus cum trifera. Utatur patiens dieta tenuissima, pane et aqua, farre ordei, et his similibus. Utantur hoc sciropo: omnes herbe diuretice, pruna et viole, semen papaveris albi, semina portulace, lactuce, scariole, semina melonis, citreoli, cucumeris et cucurbite, semen malve, semina citrinorum, semen bombacis, spodium berberi et sandali albi et rubei. Hec omnia bulliant in aqua mellonis palestini vel in aqua cucurbite, vel in aqua simphii, apposito deinde zucaro fiat sciropus. Hoc sciropo utatur patiens cum aqua frigida usque ad quintum diem. A quinto die in antea apposita tertia parte uncie reubarbari eo patiens utatur. Fiat et epitima super epar de suco semperviva portulace vel vermicularis, et cucurbite, et cimballarie, rasure cucurbite, suco campolorum vitis, agresta, de sandalis albis et rubeis, aqua rose, oleo violaceo et rosaceo, albumine ovi. In vigiliarum instantia propina: malva, herba viole, rose. *Fomentum* cassilago, frondes salvie, frondes lactuce bulliant in aqua; ipse patiens manus et pedes abluat, tibias et faciem pro acutissimo dolore frontis. Fiat ablutio cum aqua decoctionis rosarum, ungatur populeon vel cum oleo rose, vel viole, vel cum predictis sucis: item ad somnum provocandum fiat hoc epitima. Recipe masticem, olibanum, jusquiamum, opium, radices mandragore, semina papaveris albi: terenda terantur, et cum albumine ovi, et aqua rose, et lacte mulieris nutrientis puellam commisceantur; vel etiam cum oleo rose vel viole, et sic fronte et temporibus apponatur. Competens etiam potest fieri purgatio cum decoctione miroballanorum citrinorum et aliorum.

De Sinochide et Causonide.

Febris continua composita facta, de diversis humoribus in uno loco intra vasa putrefactis, est sinochides et causonides. Fiunt autem tam sinochides quam causonides ex sanguine et colera. Sed sinochides ex majori parte sanguinis et minori colere, causonides ex majori parte colere et minori sanguinis. Urina igitur in colore subrubicunda, in substantia mediocriter tenuis, vel mediocriter spissa

cum multa spuma causonidem significat. Urina igitur in colore rubicunda, in substantia spissa sed equaliter cum aliquantula spuma sinochidem significat. Laborantes igitur tam sinochide quam causonide communia habent sinthomata sanguinis, et colere, sed laborante causonide plura signa colere et intensiora, pauciora sanguinis et remissiora. Sed laborante sinochide plura sanguinis et intensiora, minora colere et remissiora. Dicit tamen Galenus in Passionario: Quod sinochides et causonides et causon matutinam habent requiem non tamen plenam, mundam remissionem. Cujus rei ratio hec est: hore sanguinis sunt ab hora IX noctis usque ad tertiam diei. In causon nulla fit sanguinis putrefactio. Sanguis autem inferius est amicus naturalis membrorum, ex quo membra nutriantur, restaurantur et confortantur. Unde membra omnibus sic viribus nutriuntur ad sanguinis reparatione. A quo puro sanguine dum membra asperguntur et confortantur, confortata resistunt febrili nocumento. In sinochide autem et causonide si in utroque sanguinis fiat putrefactio, major tamen pars sanguinis pura et sincera remanet. Ex quo membra in horis sanguinis, scilicet in mane consperguntur ex eo, et confortantur; confortata febrili resistunt nocumento. In causonide vero nulla fit sanguinis purificatio: ergo non immerito dum in horis ipsius eo tamquam puro membra asperguntur et confortantur. Confortata febrili resistunt nocumento pro nimio tamen caloris acumine et excessu non ita plenarie resistere possunt, et ideo non plene mundam habent remissionem.

Cura. — Patienti ergo ab ipso principio sic est subveniendum ut in laboranti sinocha et causon.

De febribus continuis et compositis.

Febris continua et composita facta de diversis humoribus in diversis locis intra vasa putrefactis est emitriteus. Dicitur autem emitriteus ab *emi* quod est *medium*, et *triteus* quod est *tertiana*. Inde emitriteus, quasi medium tertiane, eo quod habet mediam sue materie tertiane, scilicet coleram et alteram materie. Licet autem secundum Constantinus (1) in Pantegni diversas sunt emitriteorum species. Galenus autem non nisi iij dicit esse emitriteorum species, sive *minorem, medium* et *majorem*. Minor autem emitriteus habet fieri de cholera putrefacta extra vasa et flegmate intus; medius de cholera putrefacta extra vasa et flegmate extra; et major de melancolia putrefacta intra vasa. et cholera extra: *unde versus (2)*.

Parvus emitriteus in venis flegma recumbit;
Exterius colera medius convertitur. Illi
Pessimus humor inest, majora fel coquit extra.

(1) La citazione dell'opera nel Cod. Fiorent.
(2) I versi leggonsi nel solo Cod. Parig 6964.

De febribus continuis.

Febris autem continua est illa, que existens in corpore usque ad sui creticam declinationem, licet inequaliter affligat patientem tamen non intermittit affligere. Continuarum autem alia est *simplex* et alia *composita*. Simplex, que de uno humore habet fieri in uno loco extra vasa putrefacta: alia vero fit de sanguine et dicitur *sinochus*: alia de flegmate tantum, et dicitur *cotidiana* continua, alia tantum de melancolia et *quartana continua* nuncupatur.

Sinochus dicitur quia coherens, id est omnem causam putredinis vel continuitatis simul, habens scilicet putredinem continuam sufficientem febrem excitare ad fervorem continuam resolutionem fumi putridi ad cor expirationem ad idem sufficientem, ad defectum nutrimenti propter principalem sanguinis corruptionem. Vel dicitur sinochus morbus ex sanitatis custodia factus, quia sanguis ejus judicatur custos sanitatis in corpore (1), cujus solius est nutrire. Sunt autem sinochi species tres: augmasticus, epigmasticus et homotonus.

Augmasticus dicitur ab augendo, eo quod hec species sinochi a principio sui usque ad sui criticam declinationem continue videtur augmentari.

Epigmasticus dicitur quasi decrescens, eo, quod species sinochi a principio usque ad finem continue videtur decrescere, vel minui.

Homotonus dicitur quasi unius tenoris et status, et dicitur ab omos quod est unum et tenos, tenon, eo quod hec species sinochi unius tenoris esse videtur. Hec autem species sinochi per urinam dignoscitur sic: Urina igitur in colore citrina, rubicunda, postmodum inopos, in substantia equaliter per totum spissa superius levis augmasticum significat. Item urina prius rubicunda, postmodum subrubicunda, superius inopos, in substantia equaliter per totum spissa et aliquantulum livens manuum apposita epigmasticum significat. Urina igitur in colore prius rubicunda, postmodus karopos in substantia equaliter per totum spissa et livens omotenum significat. Laborantibns his febribus omnes continuo calore infestantur, idest venarum inflatio, rubor faciei et oculorum, et genarum, corporis plenitudo, et in nocte quasi lampadarum apparitio.

Cura. — Patienti ab ipso principio igitur est sic subveniendum: si vires et etas permiserint, usque ad diem quartum fiat minutio de vena epatica dexteri brachii et dimittatur sanguis exire usque ad puritatem: fiat hoc semel vel bis aut ter. Facta minutione, detur sciropus rosaceus, vel violaceus cum aqua frigida in estate et cum calida in hyeme. Utatur patiens tenui dieta et aqua, lacte amigdalarum, farre ordei, farre spelte, portulace, scariole, uvis passis, cucumeribus assatis, cum agresto et similibus. In octavo vel decimo die fiat mundificatio sanguinis cum aqua decoctionis

(1) Le quattro parole nel Cod. Fior.

prunarum et violarum, seminis portulace et boraginis, et herbarum diureticarum. In aqua resolvantur casia fistule . ℥ j, et sem. colatura in horis sanguinis exhibeatur.

De sinoca inflativa.

Consequenter agendum est de sinoca inflativa, que sic cognoscitur cum urina. Urina igitur in colore subrubicunda, in substantia equaliter per totum spissa, sine lividitate, cum quadam gleba sanguinis, sinocham inflativam significat. Est autem sinocha inflativa febris proveniens ex habundantia sanguinis non corrupti nec putrefacti, sed superaccensi, his sinthomatibus similiter continuo calore infestantur rubore oculorum et faciei, venarum plenitudine, quasi lampadarum apparitione, quos ut testatur Galenus sola minutio usque ad lipotomiam liberat; tenuis tamen diete fiat exibitio usque ad febrilem dimissionem et mundificetur sanguis predicta ratione. Item urina in colore citrina vel subcitrina intensa, in substantia per totum spissa sine lividitate manifesta, apposita manu livens, cotidianam continuam significat. Patiens igitur his infestatur sinthomatibus, scilicet calore continuo, et nocte gravius quam in die in hora scilicet flegmatis, et sine aliquo typo et xviij horas infestatur in summo labore, cui ab ipso principio sic est subveniendum, ut in laboranti quotidiana de flegmate salso tenuiter, tamen propter continuam afflictionem. Item urina in colore rubea vel subrubea, in substantia mediocriter tenuis ad tenuitatem magis accedens cum aliquantula spuma superius sine obumbratione vel lividitate manifesta, tertianam continuam significat. Laborantes igitur tertiana continua continuo calore infestantur, sed de tertio in tertium diem infestantur gravius propter naturam colere, sed sine typo, et sinthomata tertiane interpolate in patiente sunt intensa. Unde patienti eodem modo subveniendum plurimum est, ut in laboranti duplici tertiana. Laborans quartana continua continuo calore infestatur sine typo, de quarto in quartum gravius a nona hora diei in antea. In quartana vero continua urine color determinatus non apparet. Patienti tamen eodem modo subveniendum est ut in laboranti aliis continuis.

De febribus compositis et continuis.

Post tractatum febrium continuarum simplicium agendum est de compositis et continuis. Febris continua et composita est illa, que habet fieri vel de uno *humore in diversis locis intra vasa vel extra putrefacto,* vel *de diversis humoribus in uno loco intra vasa putrefactis*, vel *de diversis in diversis locis*.

De uno humore in diversis locis intra vasa putrefacto fit febris, que dicitur causon continua et composita. Dicitur autem causon a caumate, quod est incendium, eo quod hec febris urit in modum

fit per intensionem còlere eruginose. Hec melancolia aliquando habundat cum febre, interdum vero sine febre. Habundans sine febré sic disponit urinam: urina igitur in colore subcitrina pallori vicina, in substantia per totum tenuis, imo tenuissima innaturalem melancoliam habundare significat.

Cura. — Patiens igitur cum sinthomatibus indigestionis debet infestari, nimia humorum siccitate. Tunc eodem modo subveniendum est, ut in laboranti de habundantia melancolie naturalis.

De melancolia cum febre.

Habundans cum febre inducit quartanam notham, in qua similiter urine color determinatus non apparet: sed in sequenti die post accessionem urina apparet rufa vel subrufa, et aliquando in estate subrubea. Multotiens vero propter ipsius solutionem et ex substantiali ammixtione melancolie ad urinam, urina apparet nigra vel subnigra secundum quod Teofilus inquit. « Quartanario soluto » et melancolico humore excedente per urinas, urine apparent » nigre vel subnigre.

Cura. — Patiens de quarto in quartum media nocte in ante, infestari debet primo orripilatione et pauca, deinde multo calore. Patienti igitur eodem modo subveniendum est ut in vera quartana. De ea vero specie melancolie innaturalis, cujus generatio habet fieri ex intensione qualitatum colere eruginose, nec febris inducitur, nec sic urina disponitur. Sed in acutis febribus ex ea consueverunt fieri acuta apostemata mortifera, que proprie appellantur papule: in quibus pro violentia suarum qualitatum et fumositate substantie, foramina ab intrinseco ad extrinseca fiunt, et sic mors inducitur.

De febribus compositis in terpolatis.

Post tractatum simplicium febrium interpolatarum agendum est de compositis. Composita interpolata est illa, que habet fieri vel de uno humore in diversis locis extra vasa putrefacto, vel de diversis humoribus in diversis locis extra vasa putrefactis, vel de diversis humoribus in uno loco putrefactis. De uno humore in diversis locis putrefacto fit febris interpolata et composita ut duplex cotidiana, duplex tertiana, et duplex quartana. Fit autem duplex cotidiana de duobus flegmatibus in diversis locis extra vasa insimul putrescentibus neutro per se potente inducere talem febrem; differentia autem est inter duplicem cotidianam et duas cotidianas: due enim cotidiane quotidie bis affligunt, duplex vero cotidiana semel tantum in die affligit. Item differentia est inter simplicem et duplicem cotidianam, quoniam etsi utraque semel tantum in die affligat; tamen duplex cotidiana fere duplicatas habet horas quam simplex, unde solum in quantitate horarum differitur. Urina igi-

tur in colore subcitrina intensa, in substantia equaliter per totum spissa, sine lividitate, duplicem significat cotidianam.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio eodem modo subveniendum est ut in laboranti simplici cotidiana, sed ubicumque cum tenuiori dieta est insistendum.

De duplici tertiana.

Duplex tertiana habet fieri de duabus coleris in diversis locis extra vasa simul putrefactis, neutra per se potente inducere talem febrem. Et est differentia inter duplicem tertianam et duas tertianas, quoniam due tertiane de tertio in tertium diem bis affligunt : duplex vero tertiana quotidie, sed de tertio in tertium diem generatur propter proprietates colere, cujus natura est moveri de tertio in tertium diem. Urina igitur in colore rubea vel subrubea, in substantia mediocriter tenuis , et superius obumbrata in juvene malincolico et colerico duplicem significat tertianam. In juvene malincolico et colerico dico, quia in melancolico sene , flegmatico , vel muliere tum aetas, tum complexio, tum sexus excessum frigiditatis predicant. Urina rufa vel subrufa duplicem significat tertianam. Laborans igitur duplici tertiana predictis sinthomatibus debet infestari , quotidie a tertia hora diei in antea primo frigore deinde calore , sed de tertio in tertium gravius propter insultum cotidiane. Patienti igitur ab ipso principio subveniendum est ut in laboranti simplici tertiana : sed utcumque tenuiori dieta est insistendum propter caloris majus acumen.

De duplici quartana.

Duplex vero quartana habet fieri de duabus melancoliis insimul in diversis locis extra vasa putrefactis; neuter per se potente inducere talem febrem, in qua similiter urine color determinatus non apparet. Differentia autem est inter duas quartanas et duplicem quartanam: due enim quartane de quarto in quartum diem bis affligunt, duplex vero quartana duobus diebus affligit uno prius modo intermisso.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio subveniendum est ut in laboranti simplici quartana, propter duplicem afflictionem.

Febrium vero interpolatarum et compositarum provenientiam ex diversis humoribus in uno loco extra vasa putrefactis, vel de diversis humoribus in diversis locis extra vasis putrefactis. varie sunt species, quarum nomina non habemus sed iuxta qualitates et quantitates habundantis materie, vel tumoris diversificanda est dieta et medicatio. Post tractatum febrium interpolatarum tam simplicium quam compositarum agendum est de continuis.

ditatem urine ignearum et aerearum partium fit condensatio in aquosas et aquosarum partium in terrestres, quare urine sequitur discoloratio per frigiditatem habentem motum ad centrum, et per siccitatem idem operantem, meatuum urinalium fit constrictio, unde urina discolorata et subtilis vel tenuis egreditur. Item cerebrum membrum sensibile est a quo totius corporis sensibilitas inest vel ministratur. Unde cerebrum quod est ceteris membris principale, cum patitur, inferiora membra tamquam in quantitate minus nobilia, spiritum et calorem a se emittunt ad coadjuvamentum nobilis membri, scilicet cerebri. Spiritu igitur et calore paupertate frigescunt, et interdum, sicut predictum est, urine sequitur discoloratio per frigiditate, dum frigiditas exhibeat in epate.

Sinthomata frenesis sunt ista: dolor continuus et acutus propter sensibilem lesionem illatam cerebro, quia spiritus animalis cogitur impetuose moveri,(1) et non habens liberam exalationem distemperatur in calore; alienatio mentis propter multitudinem fumositatum inficientium cerebrum et spiritum animale secundum se; vigiliarum instantia propter materiei siccitatem et humiditatis consumptione facta, non possunt in eodem loco morari, propter subtilitatem spirituum levigantum; motus oculorum vel propter insaniam, vel propter acutas fumositates, que, dum per oculos transeunt mordicant ipsos et moveri compellunt; manuum frequens motio ad faciem, tamquam si aliquis ab extrinsecis lesionem inferret; amentia, vel quia materia illa furiosa petens cerebrum transit per nervos qui a cerebro ad brachia diriguntur, et eos pungendo et mordicando cogunt moveri, pulantes ex hujusmodi motu lesionem evitare.

Cura.—Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum: ponatur patiens in loco obscuro, picturis vacuo, non adsint diversi vultus hominum, neque diverse confabulationes. Ligetur etiam ad pedes lecti, si necesse fuerit. Fiat abrasio capitis, qua facta, inungatur caput cum oleo violarum et rosarum, lacte mulieris nutrientis puellam, mixtis succo rasure cucurbite, succo solatri et agresta, succo campolorum vitis, vel oleo mandragorato et his similibus. Catulus scissus per medium, vel agnus, vel edus, vel pullus, vel pulmo pecorinus capiti superimponatur. Herba que dicitur casula cordis, seu casia in aqua madefacta frequenter capiti superimponatur. Fiat fortis frictio in volis manuum et pedum cum aceto et sale, vel aqua salsa vel salmacina. Fiat cristere primo mollitivum, deinde mordicativum. Sternutatio provocetur cum piretro, vel cum euforbio, vel cum ellebore, vel cum pipere, vel piretro et mastice mixtis. Somnus provocetur cum predicto emplastro, provocetur fluxus sanguinis e naribus. Sanguinis suge fronti et temporibus opponantur et naribus. Sint tamen de oleo vel aceto madefacte.

Solet predicte questioni talis fieri objectio. Cum calore febri-

(1) *Et . . . calore* dal Cod. Par 6963.

li urine non fiat coloratio, quare febriens non dum factus frenetìcus habet urinam coloratam, et sanus fortem habens calorem circa locum generationis urine; urinam non habet coloratam Ad hoc notandum et quod solo naturali calore urine fit coloratio; calor enim naturalis in hoc differt ab accidentali, quoniam naturalis tantum dissolvit de re, quantum consumit, innaturalis vero magis dissolvere quam consumere valeat. Materia egritudinis aut est in diafragmate locata, aut infra, aut supra. Dum fumus resolvitur ab ipsa materia, excitat calorem naturalem accidentalem, qui calor febrilis intimatur epati et dissolvit materiam urine magis quam valeat consumere. In re dissoluta calor naturalis, etsi debilis sit, dissipat coherentiam, quare multiplicatio ignearum partium urinam contactu colorat; et quia in sanis hominibus tantum dissolvit quantum sufficit consumere, non ita subtiliatio fit, imo potius inspissatio: unde effectum caloris non potest consequi, nec per dissolutionem hec fit, sic obediens ut moltiplicando igneas partes, urinam de facili colorat.

Nota (1) de frenesi secundum Rasim: Si urina fuerit alba, cito egrum mori protendit et si una vice riserit et alia fleverit, eum procul dubio mori significat. Ipocrates vero II libro de morte subitanea, retulit quod si in sinistro pollice frenetici fabe similitudo citrina et dura apparuerit et contingerit, infirmum aut inferius solvi in die vij morietur. Utile est huic infirmitati sanguinem ex nasi extremitate cum vena que est in frontis medio extrahere.

In frenesi autem non naturali que fit de flegmate, non tanta est urine discoloratio et attenuatio. Adest vigiliarum instantia cum quadam oppressione. In frenesi vero, quae fit de sanguine ad minor adest discoloratio et attenuatio. Adest etiam vigiliarum instantia cum minori oppressione, quam in frenesi de flegmate. Et patientibus eodem modo subveniendum est ut in laborantibus in vera frenesi.

De litargia.

Litargia est alia *vera* et alia *non vera*. Vera litargia fit de humore flegmatico, non vera que fit de aliis humoribus. Vere autem litargie sic per urinam habeatur notitia. Precedente enim urina colorata et mediocriter spissa ut apparet in minori emitreo, si urine sequitur discoloratio, litargiam significat. Unde talis datur regula: Urina igitur in colore alba, in substantia spissa, precedente urina colorata et mediocriter spissa sine egri alleviatione in febre acuta litargiam significat. Cur urine fiat discoloratio, patet ex premissis: sed quare fiat inspissatio? Dicimus enim quod, licet aliorum humorum in multa quantitate fiat generatio in epate, maxime tamen flegmatis tamquam humoris semicrudi nec indigentis

(1) Questa Nota del Cod. Parig. 6964 sembra aggiunta dal copista, come lo prova dalla citazione di Rasis, autore arabo non ancora conosciuto da'Salernitani alla metà del XII secolo, nè mai altrove citato.

ad sui generatione perfecta caloris actione, major copia generatur. Unde de eo in dupla proportione, ut ita dicam, et in majori quantitate colligitur ad febrem inducendam, quam de aliis humoribus qui flegmaticus humor, cum aque judicetur filius, aque gerit similitudinem. Subtilis ergo est et fluidus, qui non ad superiora taliter rapitur, tamen ex contradictione sue gravitatis, tum quia ex frenesi effecta naturalis caloris in inferioribus superiora petentis digno prepeditur. Unde ipsius fluxus humoris sequitur augmentatio in inferioribus Tum igitur ipsius humorositate, tum humiditate urinalium meatuum fit elargatio et ipsius flegmatici humoris ad urinam admixtio libera. Ex hoc igitur urine sequitur inspissatio. Signa autem litargie sunt ista. Calor continuus propter(1) sensibilem lesionem illatam cerebro: lethes, idest oblivio, propter turbationem memorialis cellule, in qua talis collectio habet fieri, somnus scilicet non verus propter habundantiam humoris flegmatici multam humorositatem ipsi cerebro infundentis Et ut respondent ad interrogata propter multam oppressionem, frigescunt extrema ex naturalis caloris defectu, tamen ex flegmatici humoris habundantia.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum. Fiat abrasio posterioris partis capitis. Facta abrasione fiat fortis fricatio ejusdem partis usque ad sanguinis effusionem vel eductionem cum castorio resoluto in succo apii, mente saracenice et balsamite. Fiat etiam fortis fricatio cum sinapismo. Potio Sancti Pauli cum aqua calida et oleo exhibeatur. Deinde vomitus provocetur cum penna. Sanguissuge fronti et temporibus apponantur. Sternutatio provocetur cum predictis, licinium intinctum in amurca olei accensum et extinctum naribus applicetur; suffumigium fiat de cornu cervinum accensum et extinctum: idem operatur fricatio fortis in volis manuum et pedum cum sale et aceto; trahatur sepe sepius per aures, nasum et capillos, castoreum sub lingua teneat.

Jaceat patiens in loco lucido picturis pleno in quo diversi vultus hominum adsint pulsantes cymbalis et in sistro; tibicine adsint (2), et cantantes aliquibus dulcibus musicorum cantilenis. Temperata dieta utatur. Fiat clistere primo mollitivum deinde mordicativum.

De apostematibus spiritualium.

Tum agendum est de apostematibus spiritualium. Varie autem species et collectiones fiunt in spiritualibus, quorum nomina non habemus, nisi tamen duorum. Una collectio fit in pleura et in pulmonis casula, et speciali vocabulo dicitur pleuresis. Alia circa pulmonem et peripleumonia vocatur. In pleura enim, scilicet in te-

(1) *Febrilem discrasiam*: Cod. Par. 6963.
(2) *Et . . . cantilenis*: Cod. Par. 6963.

*

neritate costarum, in illis pelliculis humores aliquando colliguntur, que actione caloris obvolvuntur quedam crustula quamodum panis in clibano, et sic fit apostema pleureticum.

De pleuresi.

Pleuresis alia *vera* et alia *non vera*. Vera pleuresis est illa que fit de humore colerico et in juvene. Non vera que fit de alio humore, utpote de flegmatico vel sanguine, et hec in sene deterior quam in juvene, et tam pleuresis vera deterior in juvene quam in sene, propter acumen, pleripleumonia vera deterior in sene quam in juvene, propter frigiditatem mortificantem, et prolixitatem. Quod videtur innuere Ypocras in pronostico dicens « Iuvenes qui » sunt in hac passione, magis depereunt. Veteres vero peripleu- » monie magis depereunt collectione ». Vere autem pleuresis sic per urinam habetur notitia.

Urina in colore rubea vel subrubea, in substantia per totum spissa, a media regione superius distincte livens, veram pleuresim significat. Ille ergo vel illa, cujus est urina, quantum est in colore et substantia urine, his debet infestari sinthomatibus: calore continuo, sed in nocte gravius quam in die, quia reumatica causa magis movetur in nocte quam in die; constrictione pectoris et tussi, dolore dexteri vel sinistri ypocondrii pungitivo juxta locum collectionis colerice materiei, et non quolibet dolore, sed pungitivo.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum, hyeme et tempore frigido usque ad (1) sextum diem: estivo et calido tempore usque ad quartum diem (2), si vires et etas permiserint, in contraria parte doloris fiat minutio de mediana (3) vena brachii, vel cephalica. Facta minutione exhibeatur diadragon cum diapenidio, et ptisana in aqua, apponantur semina citreoli, melonis, cucumeris et cucurbite, que diutius agitentur, et elactentur. Sic fiat decolatio et colatura propinetur cum aliis electuariis predictis. Aliis vero diebus mane jejunus vel eadem electuaria cum ptisana propinentur, vel exibeatur ptisana in aqua dissolutionis zuccari et penidii. Utatur patiens hac dieta: farre ordei, lacte amigdalarum, amido coquinato (4), qui quiddam album est quod fit de frumento, accipiatur cantabrum et superinfundatur ptisana ferventissima. Hec diu agitetur et decoletur et colature addantur cuncta et penidie et mica panis ter lota in aqua, sic coquinatur et patienti exibeatur. Caveat sibi patiens a frigore (5): sit in domo obscura et bene clausa. Sint carbones sine fumo accensi semper coram patienti. Inungatur pectus a quinto die in antea cum butiro

(1) *Septimum* nel Cod. Par. 6963.
(2) *Si . . . permiserint*, nel Cod. Fior.
(3) Nel Cod. Par 6963 *de vena cordis, vel capitali vel epatica.*
(4) *Qui . . . . frumento* dal Cod. Par. 6963.
(5) *Sit . . . . clausa* dal Cod. Fior.

et dialtea, deinde super apponatur lana carpinata vel stuppa calefacta. Utatur patiens hoc scirupo diadragon, gumma arabica, liquiritia, succus liquiritie, semina citreoli, mellonis, cucumeris, et cucurbite, uve passe, ficus sicce, jujube. Hec omnia bulliant in aqua, et addito zuccaro, fiat sciropus, qui similiter cum ptisana propinetur (1). Si vero post recessum febris remaneat pectoris constrictio caloris fiat mundificatio Accipiatur serum caprinum in quo extinguantur ij vel iij lapides fluviales ferventes, et quum extinguuntur apponantur pruna, viole, semina citreoli, melonis, et cucurbite. Colatur et in colatura intra lapides extinguantur, resolvantur cassie fistule uncie ij, et manne j, et sic patienti propinetur. Si vero contradicente tempore quadragesime, hoc non possit fieri, fiat in aqua ordei (2). Furfur ponatur in vino bono et rubro et sic calens mittatur in sacculo et superponatur, et postquam infrigidatum fuerit, aliud ponatur.

De peripleumonia.

Peripleumonia est apostema, quod fit in pulmone, scilicet pulmonis casula et non in ipsa pulmonis substantia, ut quidam dicunt (3) Et dicitur peripleumonia a *peri* quod est *circum*, vel juxta, et *pleumon* quod est *pulmo*. Peripleumonia vero alia est *vera* et alia *non vera*. Vera pleripleumonia est illa que fit de humore flegmatico et in sene. Urina igitur in colore rufa vel subrufa, in substantia per totum spissa a media regione superius distincte livens pleripleumoniam significat. Ille ergo vel illa, cujus est urina quantum est in colore et substantia urine, continuo calore debet infestari : et omnibus sinthomatibus infestatur quibus est laborans pleuresi preter quod dolor non est pungitivus, nec alius dolor manifestus : quod fit quia ipse pulmo membrum insensibile judicatur. Adest preterea rubor genarum quoniam pulmo quibusdam ramis mediantibus alligatus est genis, dum ergo periculum et afflictio fit in pulmone, impetuosa fit spiriiuum motio a spiritualibus usque ad genas, que liberam non habentes exalationem, distemperantur in calore : per calorem igitur fit multiplicatio ignearum partium unde fit rubor.

Cura. — Patienti sic est subveniendum ut laboranti pleuresi.

Urina in colore subrufa, citrina, vel subcitrina, palida vel subpalida, karopos, lactea, glauca vel alba, in substantia mediocriter tenuis, vel mediocris, vel mediocriter spissa, appositione manus, vel sine appositione livens, vitium pectoris vel vitium gutte significat. Vitium pectoris si sit sine ampullis, vitium gutte si fuerit cum ampullis. Significantium vero gutte vitium alie significant guttam calidam, alie guttam frigidam: guttam calidam a subrufa usque ad subcitrinam; guttam frigidam a subcitrina inferius.

(1) *Si vero . . . ordei* tutto del Cod. Fior.
(2) *Furfur . . . . aliud ponatur* dal Cod. Par 6963.
(3) *Et . . . pulmo* dal Cod. Par. 6963.

Laboranti vitio pectoris eodem modo subveniendum est ut laboranti pleuresi, preter quod eunti dormitum detur rubea cum vino decoctionis olibani, et precipue, si tantum fuerit frigida, vel transglutiat duo vel tres grana thuris masculi, vel accipiat patiens quinque vel septem pillolas de Paulino, et precipue opiato: vadat dormitum (1) Tempore calido accipiat aliquantulum auripigmenti pulverizati cum ovo sorbili. Laborantibus vitio gutte juxta quantitate et qualitate materiei cum distemperatis in contraria qualitate subveniendum est. Competens tamen potest fieri purgatio cum pillulis Magistri Mauri (2), vel cum pillulis istis contra vitium gutte valentibus, et contra arteticam, podagram, et precipue de frigida causa. Recipe aloes epaticum, hermodactilis, coloquinte, turbit, seraphini, bellici, emblici, malo piperis, macro piperis, petrosellinum, cassie lignee, aut ʒ iij sarcocolle, castoris, euforbii, poponis, cuscute, apii, anisi, siseleos, leucopiperis, aut ʒ, j. et dimid. unc. agarici, mastici, origani, scammonee, frondium basiliconis aut ʒ iij tempera cum succo maratri, absintii et solatri.

De epatis apostemate.

Agendum est de apostematibus epatis. Urina igitur subrubea, rubea, rubea, rubicunda, vel subrubicunda inferius, superius inopos, viridis, nigra vel subnigra, in substantia per totum et quasi turbata, apostema epatis significat. Ille ergo, vel illa, cujus est urina quantum est in colore et substantia urine, continuo calore debet infestari, dolore immoderato et fervori dexteri ypocondrii. Adest tumor epatis in modum lune novelle, et urine exitus denegatur.

Cura. — Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum (3). Si vires et etas permiserint, fiat minutio de vena epatica dexteri brachii. Facta minutione sciropus rosarum vel violarum exibeatur cum aqua decoctionis seminum citreoli, melonis et cucurbite. Utatur patiens sciropo diuretico facto de radicibus sparagi, brusci, apii, feniculi, petroselini, scariole et borraginis. Maturantia apponantur supra epar et precipue cantabrum: bulliant in vino forti, rubeo et odorifero. Subveniendum etiam in hoc passione, ut scriptum est in Viatico et Passionario.

Notandum est quod lividitas in urina tribus ex causis habet provenire — ex mortificatione, aut ex spirituum passione aut ex humorum perturbatione. — Ex mortificationa sic, dum enim calor

(1) *Tempore . . . sorbili* dal Cod. Par. 6963.
(2) Qui solo il Cod. Fior. invece di dire, secondo il solito, *pillulis meis*, dice *Magistri Mauri*.
(3) *Si . . . . permiserint* dal Cod. Fior.

naturalis deficit, sicut in loco generationis urine, effectus frigiditatis utpote qualitatis forte colori contrarie incipit esse prontior ex cujus dominio vel vigore ignearum et aerearum partium condensatio fit in aquosas et terrestres. Aquose sunt albe utcumque fluxiles, terrestres vero nigre et solide, nec color in toto fit albus ex aquosis partibus contradicentibus terrestribus, nec niger ex terrestribus contradicentibus aquosis. Sed ex utraque repugnantia color orit compositus scilicet lividus. Ex humorum perturbatione sic: dum enim perturbatio humorum fit in corpore tantum flegmatis colere et melancolie (1) contemptorum extra vasa fit perturbatio; sanguinis enim non nisi intra vasa fit perturbatio flegmatis, etenim magis est generatio melancolie et colere.

Flegma colore afficitur, melancolia nigra, colera vero croceitate sua formam sumit melancolie, nec ex flegmate potest provenire albus color contradicente nigro colore melancolie nec e contrario, sed exalteratur secundum colorem, repugnantior color fit compositus, scilicet lividus, ut contingit in fluxu ventris et in substantiali admixtione humorum ad urinam ex spirituum passione, scilicet spiritualibus enim patientibus nocumenta eis compatiuntur tamquam minus nobilia. Unde ad coadjuvamentum ipsorum spiritum et calorem ad se emittunt. Spiritu igitur et calore pauperata frigescunt. In epatis autem sima multiformis sanguinis fit generatio secundum diversitatem membrorum nutriendorum (2) calor deficit frigiditatis effectus est promptior. Sanguis enim qui generatur ad nutrimentum spiritualium, subtilis est et levis; unde dum calor deficit in loco generationis urine, frigiditatis effectus promptior reperitur, frigiditas agit circa sanguinem illum, et potius circa sanguinem illum et ipsius igneas et aereas partes condensando, in aquosas et terrestres, ut predictum est, livescit.

Similiter generalis ejus superfluitas lividitatem postea precipitat que cum sit levis et subtilis in urina superiorem partem occupat, et precipue urine superficiem, quare urina livida a media regione superius apparet: potest etiam alia ratio assignari, quoniam calor motum habet de centro ad extrema, et non quantumlibet, sed elongando: unde, dum deficit, potius deficit circa superiora quam circa inferiora. Cum igitur lividitas habeat fieri ex defectu caloris, potius lividitas fit in superioribus quam in inferioribus, ita quod propter has in pleuresi et peripleumonia, urina superius apparet livida.

De icteritia.

Agendum est de icteritia. Icteritia est universalis permutatio naturalis coloris cutis in non naturalem colorem, ut in croceum, viridem, vel nigrum. Cujus tres sunt species: 1. Crocea ycteritia, *Regius morbus*; 2. Viridis icteritia, seu agriaca pegmosilontis, vel

(1) Le seg. tre parole dal Cod. Par. 6963.
(2) *Calor . . . promptior* dal Cod. Par. 6963.

agrestis mustela. 3. Nigra ycteritia seu melanchiron. Crocea ycteritia fit de colera naturali existente in fine sue temperantie. Viridis icteritia fit de colera prassina. Nigra icteritia fit de colera adusta.

Quarum quelibet sic habet fieri: Dum enim colera naturalis existens in fine sue temperantie sive prassina sive adusta, substantialiter admiscetur sanguini, qui sanguis ad nutrimentum membrorum transmittitur (1): unde ipsa colera sui violentia potius immutat naturam sanguinis quam sanguis coleram valeat immutare, id quod purum est ex eo sanguine incorporatur, reliquum in impurorum ipsa colera cuti subponatur, quam secundum se inficit et immutat, et sic diverse sunt species ycteritie. Icteritia vero alia fit vi nature, et alia vi sinthomatis.

Vi sinthomatis si ante septimam diem acuta febris supervenerit malum significat, juxta Ypocratem dicentem in *aforismis*: « Quibuscumque in febribus acutis ante septimum diem, si ycteritia » supervenerit, mortale ». Materiei namque furiositas et nature debilitas declaratur. Vi nature fit ycteritia utpote si fiat in die septimo, nono, vel duodecimo, vel decimo, vel decimoquarto, et eger ex ea levior et suavior efficiatur, juxta eumdem Ypocratem dicentem: « quibus vero septimo, nono, vel decimo, vel undecimo, » vel decimoquarto die yctericum supervenerit, bonum, si non » dexterum ypocondrium durum fiat » (2). Hec autem species yctericie per urinam significantur.

Urina igitur in colore rufa vel subrufa, rubea vel subrubea, rubicunda vel subrubicunda, in substantia mediocriter tenuis vel mediocris, vel mediocriter spissa, cum multa spuma crocea superius, croceam significat ycteritiam. Cum spuma viridi, viridem significat ycteritiam. Urina in colore inopos, in substantia spissa cum spuma nigra superius melanchiron significat.

Sciendum tamen est quod predicta infectio primo in oculis apparet, quod provenit propter virtutem attractivam ipsorum provenientem ex ipsorum motu assiduo, vel propter subtiliationem, teneritatem et puritatem ipsorum substantie oculorum, unde ex humore plurimum superhabundante in corpore et qualitate nimium excedente habet infici et permutari. Sinthomata tertiane sunt intensa, que patientem comitantur.

Patienti igitur ab ipso principio sic est subveniendum. Si febris non superveniat, vel si supervenerit et non fuerit facta minutio competens, fiat usque ad quartum diem de vena epatica dexteri brachii. Facta minutione scirupus rosarum vel violarum propinetur cum trifera, postea detur trifera saracenica similiter cum trifera vel cum succo solatri, vel apii, vel scariole propinetur (3). Mane jejuno propinetur competenter ptisana scripta in terciana (4).

(1) *Unde . . . . immutare* dal Cod. Par. 6963.
(2) *Hec . . . significantur*, dal Cod. Par. 6963.
(3) *Mane . . . terciana* dal Cod. Par. 6963.
(4) *Utatur . . . frigida* dal Cod. Fior.

Utatur patiens tenui dieta et satis frigida. Epithimatur epatem epithimate scripto in tertiana. Utatur scirupo scr ipto in causon; appositis tamen omnibus diureticis, et addito zuccaro, suco apii et scarioli: purgetur patiens cum decoctione scri pta in tertiana, et fiat ei scirupus diaquilon (1), fiat camisea de panno rudi ex utroque latere laqueata, et ea patiens indutus intrat balneum, et secundum quod incipit sudare, laquei constringantur, ut sudor quasi per expressionem educatur, et sic camisea crocea efficiatur, et hoc fiat sepe in tantum si ycteritia fuerit sine febre.

De regionibus humani corporis.

Ad sequentium et predictorum evidentiorem doctrinam vel notitiam, hec censimus apponende, quia non per quamlibet urine regionem cujuslibet regionis humani corporis habeatur notitia Sunt regiones humani corporis quatuor. Prima regio est cerebrum et membra animata. Secunda cor, et membra spiritualia. Tertia epar et membra nutritiva. Quarta renes, testiculi et cetera inferiora.

De regionibus urine.

Similiter quatuor regiones considerantur in urina. Prima regio dicitur circulus — Secunda superficies seu corpus aereum. Tertia perforatio seu substantia. Quarta fundus.

Prima igitur urine regio, scilicet Circulus prime regionis humani corporis est significativa, juxta illud circulus crossus, qui significat dolorem capitis. Item idem granulosus significat reuma capitis. Item circulus est plumbeus qui significat epilepsiam.

Per secundam regionem urine secunde regionis humani corporis habitur notitia juxta quod dicitur. Urina in superficie livens, pectoris significat vitium. Item a media regione superius distincte livens pleuresim vel peripleumoniam significat.

Per tertiam regionem urine tertia regio humani corporis attestatur. Iuxta illud, urina in substantia tenuis, siccitatem epatis significat, et urina in substantia spissa humiditatem epatis significat.

Quarta urine regio quartam regionem humani corporis attestatur: unde dicitur — Arenule sunt in fundo vasis, qua litiasim renum vel vescice significat, squamose resolutiones sunt in fundo vasis, que resolutionem membrorum significant.

Precedentis assignationis fisica hec est, constat ratione veridica. Diversa membra in substantia simul et natura in humani corporis constitutione consistere, quia continuo fluunt et alterantur, assidua restauratione indigent et nutrimento perenni. (2). In epatis autem substantia multiformis sanguis fit generatio, secundum diversita-

(1) *Fiat* fino al resto del § dal Cod. Fior.
(2) *In . . . nutriendorum* dal Cod. Fior,

tem membrorum nutriendorum. Cerebrum vero (1) membrum subtile est et leve, et, ut testatur Isaac, membrum calidum est (2) leve et subtile , et ejus motus sepissimus operatur ad subtilitatem. Sanguis igitur ad ipsius nutrimentum deputatus calidus est, subtilis et levis, similiter et ejus generalis superfluitas que innititur similitudini illius, cujus est superfluitas: tum ergo caliditate habente motum de centro, tamen subtilitate substantie, et levitate in vase, ultimum locum occupat , et cerebri dispositionem declarat. Membra autem spiritualia etsi calida sint naturaliter,et motus eorum ad majorem caliditatem seu calorem operetur , utraque tamen sunt crosse substantie. Sanguis igitur ad ipsorum nutrimentum deputatus calidus est, generalis superfluitas ipsius sanguinis similiter talis est. Tum ergo caliditate habente motum de centro , tum etiam quia ipsa superfluitas mediocri crossitie participet , superiorem locum occupat in urina. Epar enim minus calidum est et magis crossum in substantia , quam membra spiritualia , similiter et sanguis ad ipsius nutrimentum deputatus similis est et ejus superfluitas. Et licet caliditatis sit habere motum de centro secundum superius, et terrestris substantie motum ad centrum secundum inferius, exalteratur tamen contradictione caliditatis ad substantiam, talis superfluitas in urina medium locum obtinet. Inferiora autem membra, tamquam inferiora et a fundamento naturalis caloris remota , et plurimum terrestris substantie simili sanguine nutriuntur, cujus generalis superfluitas substantie talis est, tum ergo frigiditate habente motum ad centrum, vel inferius tum substantie , plurima gravitate in urina petit fundum et dispositionem inferiorem declarat.

De vitiis renum.

Renum et vesice varia sunt vitia, utpote lapidis vitium , seu lithiasis, apostema renum et vesice, diabetes , stranguria et alia diversa genera vitiorum, que per urinas dinoscuntur.

De lapide renum et vesice.

Lapidis igitur vitium , aliquando est in renibus , aliquando in vesica. Si lapis est in renibus arenule fiunt in fundo vasis rubee , et eadem dolor immoderatus renum. Si lapis est in vesica, arenule fiunt albe, et dolor adest in pectine et peritoneon , et sepe sepius stranguria accidit. Urina igitur aliquando significat lapidem confirmandum, aliquando confirmatum, aliquoties diminuendum. Lapidem confirmandum significat urina , ut si precedente urina discolorata et tenui propter oppilationem meatuum urinalium cum multis arenulis , demum sequatur urina similis cum arenularum

(1) *Membrum . . . leve* dal Cod. Fior.
(2) *Leve . . . subtilitatem* dal Cod. Par. 6963.

diminutione. Conformatum lapidem, ut si precedente tali urina, sequatur urina similis, in qua multarum arenularum adsit presentia. Lapidem diminuendum significat, ut si precedente urina decoloratissima et tenuissima, sine arenulis, cum dolore tamen plurimo renum vel partium genitalium, sequatur urina discolorata et spissa cum arenulis, quarum cotidie fiat augmentatio.

Cura. Laborantibus igitur lapidis vitio, ab ipso principio sic est subveniendum: mane jejunis detur oximel factum de radicibus sparagi, brusci, apii, feniculi, petrosellini cum aqua decoctionis milii, solatri et saxifrage. Usus citrinorum, sparagorum, et bruscorum satis consuevit prodesse. Malva, bismalva, branca ursina, senationes, cretani, cauliculi agresti, omnia ista trita, calefacta, et ab umbilico usque ad pectinem anterius et posterius a renibus usque ad caudis principium cataplasmetur. Satis valent predicte herbe bulliant in aqua salsa vel salmacinata, postmodum patientis ad ignem vel ad solem usque ad spissitudinem unguenti inungantur pecten et renes et genitalia fortiter ex arogon, vel agrippa, vel unguento aureo, vel dialtea, vel martiaton, vel etiam ex oleo laurino, vel muscellino et sic in aqua decoctionis predictorum herbarum patiens usque ad umbilicum intromittatur in aqua. Aqua propinetur decoctionis saxifrage, milii, solatri, cauliculi agrestis, absinthii et graminis cum benedicta vel litotripon, citrinum, seu Iustinum, electuarium Ducis, cum vino albo. In eadem aqua iniciatur per siringam petroleon cum suco graminis cretanorum, saxifrage, milii, solatri, cauliculi agresti et cum eisdem sucis competenter poterit exiberi aliquod predictorum electuariorum. Sciropus de eisdem sucis factus plurimum confert. Ultimum et potissimum est illud: ircus et precipue rubei coloris, estivo tempore et maxime in diebus canicularibus nutriatur gramine, saxifrage et hedera terrestri et potatur vino purissimo rubeo, odorifero, et forti, et in fine dictorum dierum vel maliatur vel interficiatur. Sanguis colligatur et apposito sole cum sale exsiccetur. Talis sanguis in cibum et potum assumtus potenter lapidem frangit (1). Ut autem aliquid possit preservari a lapide, et . . . . habentem multum vivat, utatur pulvere seminis apii, et petroselini, macis, et spice nardi, et similibus mixtis.

De dyabete.

Dyabetes est immoderatus urine transitus per renes. Fit autem hec passio ex multa distemperantia renum in calefactione et exsiccatione. Unde vigore virtutis attractive renum, succositas ptisanaria ex predicta distemperantia, vel quodlibet humorum ad epar tractum, renes ipsi per duos ramos quili vene attrahunt (2); et quia nec prime nec secunde digestionis ibi est locus, per uritides

(1) *Ut . . . mixtis* dal Cod. Par. 6963.
(2) *Et . . . poros* dal Cod. Par. 6963.

poros, crudum et inexcoctum et decoloratum deducitur, et ex hoc urina apparet decolorata et tenuis.

Urina igitur in colore alba, in substantia per totum tenuis sepe et multa mincta, diabetem significat. Patientem hec sinthomata comitantur. Vigilie propter defectum nutrimenti: sitis continua propter continuam exsiccationem stomachi. Cum enim vene exsiccantur, sugunt a quili vena; quilis vena sugit a venis capillaribus; capillares vene a lactea porta, seu vena ramosa; ramosa vena a venis meseraicis; vene meseraice ab intestinis; intestina a fundo stomachi; fundus vero stomachi a superiori parte stomachi, quibus plurimum exsiccatis sitis provenit valida (1). Adest ventris strictura propter vigorem virtutis attractive renum.

Cura. — Patienti sic est subveniendum. Exibeatur sciropus rosarum et violarum cum aqua frigida, adjecta canfora et similibus (2); detur triasandali et alia electuaria, scilicet frigida, in quibus duplicetur camphora. Sed cum localia adjutoria sint in hac passione potissima cum eisdem insistimus. Inungantur renes patientis cum ungentis et oleis frigidis, ut populeon, et similibus, oleo frigido mandragorato, oleo violarum et rosarum, succo solatri, sempervive, crassule, vermicularis, cimbalarie, mandragore (3), campolorum vitis, succo rasure cucurbite, mixtis cum agresta vel aceto. Sed cum aceto renes, frequenter inungantur, satis enim prodest; vel etiam petiam in eisdem infusam renibus cataplasmamus; vel, quod melius est, lamina plumbea vel in eisdem sucis, vel solo aceto infusa superposita prodest (4), sed illa sit perforata.

(5) *De apostema renum et vesice.*

Urina scamosa apostema renum significat vel vesice; si accedat ad colorationem apostema renum; si ad discolorationem, apostema vesice: quibus diureticis insistimus.

De stranguria.

Urina in colore alba et spissa cum multis sedimentis sepe immoderate mincta (6) dolorem renum vel vesice significat; guttatim vero minctio stranguriam.

Urina in colore alba et spissa cum multis sedimentis sepe immoderate mincta, significat. Quibus cum diureticis insistimus, sed per stranguriam provenientem vitio humoris vel vitio lapidis, existentis in collo vescice, minuemus de vena saphena existente intus in

(1) *Adest . . . renum* dal Cod. Par. 6963.
(2) *Detur. . . . camphora* dal Cod. Par. 6963.
(3) Nel Cod. par. 6963: *capreolorum*.
(4) *Sed . . . perforata* nel Cod. Par. 6963.
(5) Tutto questo art. ed il seguente dal Cod. Par. 6963.
(6) *Dolorem . . . minctio* dal Cod. Par. 6963.

talo, hyeme et tempore frigido sinistri pedis; estivo et calido tempore dexteri pedis, testante. Ypocrate in aphorismis : « Dissuriam flebotomia solvit, incisa tamen vena, que est intus in talo ». Si vero urina apparet saniosa, precedente multo dolore renum , rupturam significat apostematis in renibus vel] in vescica. Quibus subveniendum est cum competenti exibitione diureticorum.

De ethica febre.

Agendum est de ethica febre. Ethica febris est febris in principali vitio membrorum proveniens. Dicitur autem ethica ab *ethis* , quod est habitus: eo quod adveniens corpori in habitum convertitur. Cujus tres sunt species. Prima species ethice est in qua patiens acutius infestatur ante prandium quam post. Secunda species ethice est in qua patiens (1) acutius *affligitur* post prandium quam ante; tertia in qua equaliter affligitur ante et postea.

Urina in colore igitur citrina vel subcitrina in substantia mediocriter tenuis vel mediocris vel mediocriter spissa , vel etiam spissa superius unctuosa cum resolutionibus furfureis et paucis petaloitibus primam speciem ethice significat.

Urina vero ejusdem coloris et substantie, superius tamen oleaginosa cum resolutionibus purpureis, et pluribus *petaloydibus*, secundam speciem etice significat.

Urina vero secundum colorem et substantiam oleaginosa cum resolutionibus crinoidis tertiam speciem ethice significat. Notandum vero est quod laborans tertia specie ethice, impossibile est curari , in quibus vero testatur Constantinus : « Tanta est ariditas et siccatio, quod si eorum cuticula manibus elevetur, non cadet nisi comprimatur.» Laborantes secunda specie vero vix aut numquam curantur. Laborantes autem prima specie, possibile est curari.

Cura. — Quibus a principio ipso sic est subveniendum: mane jeiuno detur zuccarum rosatum cum ptisana, diadragon, diapenidion, diapapaver, et electuarium ad restaurationem humoris, commisceantur insimul, ita ut ex eis fiat unum electuarium, et eo patiens utatur cum ptisana. In . . . . hujus electuarii sic commixti addantur folia lauri xv vel xx ad conservationem, sive pannicelli laurei alio nomine dicuntur. Abstineat patiens ira, tristitia, exercitio, clamore, venere, a cibis salsis frixis, acetosis, et fructibus. Utatur predicto siropo facio de liquiritia , diadragon , gummi arabica , jujubis , uvis passis, ficubus siccis, psillio, bambace, sebesten cum aqua ordei. Debet autem testudo bullire in aqua suprascripta, et ex ea fiat siropus , et quoniam hujusmodi siropus consuevit fluxum inducere , quod in eticis vituperatur , ideo additur aliquando boli armenici , seu sanguinis draconis.

(1) *Acutius . . . in qua* dal Cod. Par. 6963.

De idropisi.

Agendum est de ydropisi. Idropisis est tumor, vel inflatio membrorum innaturalis ex errore virtutis epatis digestive proveniens (1). Cujus iiijor sunt species: leucoflegmantia, iposarca vel anasarca, timpanites et asclites (2). Cum dicitur tumor due species ydropisis denotantur, scilicet leucoflegmatia, anasarca, vel iposarca, quia humoris est tumorem operari. Cum dicitur inflatio, denotantur alie due species ydropisis, scilicet timpanites et asclites, quia ventositatis est inflationem operari. Leucoflegmantia dicitur a leuce quod est album et flantia flegmate, inde leucocia quia fit de aquoso flegmate, idest de flegmate naturali. Anasarsa dicitur ab ana quod est juxta, et sarcos quod est caro: ideo addatur aliquantulum boli in istas contineatur materia inter bonam et malam. Yposarca dicitur ab *ypos* quod est *sub* et *sarcos*, caro, eo quod materia sit quasi sub carnem (1) Asclites dicitur ab alchi quod est uter, eo quod venter talium percussus ad modum utris semipleni resonat.

Leucoflegmantia habet fieri ex generali distemperantia epatis in frigiditate et humiditate quasi potentialibus. Yposarca vel anasarca ex naturali distemperantia epatis in frigiditate et siccitate quasi potentialibus. Timpanites fit ex distemperantia gibbi epatis in caliditate et siccitate quasi potentialibus et sime in frigiditate Aschlites fit ex distemperantia gibbi epatis in caliditate et humiditate quasi potentialibus et sime in frigiditate.

Hec autem species sic per urinam dinoscuntur (2). Urina in colore pallida vel subtilis, caropos, lactea vel alba, in substantia per totum spissa, longo tempore precedente, maxime in autumno et hieme et veris principio, leucoflegmantiam significat. Ille ergo vel illa, cujus est urina quantum est in colore et substantia urine, his debet infestari sinthomatibus: tumore vel inflatione corporis proveniente ex vigore virtutis expulsive epatis transmittentis superflua ad omnia membra corporis; albedinem, molliciem, luciditatem, cum quadam humectatione membrorum propter copiam humoris flegmatici existentis sub cute; et non solum in hac specie, sed in omnibus adest tumor et inflatio pedum pro humoribus gravibus infima petentibus.

Urina ergo pallida, vel subpallida, karopos, lactea, glauca vel alba, in substantia per totum spissa, longo tempore precedente, in autumno, hyeme vel veris principio, iposarcam vel anasarcam significat. Etsi enim siccitatis sit urinam attenuare tamen quia plurima habundant superflua ex indigestione consurgentia, substantialiter admixta urine, urinam spissant et non attenuant. Ille ergo vel illa, cujus est urina quantum est in colore et substantia urine, his

(1) *Cujus . . . asclites* dal Cod. Par. 6963.
(2) *Cum . . . inflationem operari* dal Cod. Fior.
(1) *Asclites . . . resonat* dal Cod. Par. 6963.
(2) Tutto questo §. nel Cod. Par. 6963. Manca nel Cod. Fior.

debet infestari sinthomatibus: tumore et inflatione corporis totius, minori tamen tumore, et majori inflatione propter majorem copiam ventositatis, et tumore pedum. Adest etiam respiratio mali odoris in toto corpore propter diversarum fumositatum conculcationem a se malum odorem emittentium. Apparent autem in toto corpore vescice que subito delitescunt propter ventositatem cutis excedentem.

Urina in colore rubea vel subrubea in substantia mediocriter tenuis, superius obumbrata, longo tempore precedente in autumno, hyeme vel veris principio, timpanitem significat. Laborantes ergo timpanite, immoderatam inflationem circa ventrem, ita quod venter eorum repercussus sonat ad modum timpani. Adest etiam colli gracilitas, brachiorum, tybiarum, etcoxarum cum pedum inflactione. Urina vero in colore rufa vel subrufa, in substantia mediocris vel mediocriter spissa, superius obumbrata, et manifeste livens, longo tempore precedente in autumno hyeme et veris principio asclitem significat. Laborantes asclite habent tumorem circa ventrem, sed minorem timpanitis ita quod venter eorum repercussus sonat ad modum utri semipleni, habent gracilitatem colli, tibiarum et coxarum, et brachiorum. Cum vero immoderate inflationis in his est habundantia humorositatis et ventositatis incluse inter ventrem, et sifac, quod provenit propter vigorem virtutis retentive et defectum expulsive.

Laborantes autem hydropisi omnes comitantur siti continua quod provenit propter defectum nutrimenti. Dum enim membra pauperantur nutrimento, exiccantur, exiccata significant asclitem. Vene sugunt ab epate; epar a venis meseraycis; vene meseraice ab intestinis et fundo stomachi. Fundus stomachi a superiori parte stomachi, qua desiccata sitis provenit. Notandum tamen est quod due istarum specierum judicantur curabiles, due vero incurabiles. Curabiles sunt leucoflantia, anasarca vel iposarca. Incurabiles sunt timpanites et asclites (1) propter dissonantiam qualitatum epatis cujus phisica hec est: quum hoc ut curentur necesse est ut calidis, frigidis, siccis, humidis curentur. Sed calidis non, namque habent distemperantiam gibbi epatis in caliditate augmentaretur, ergo discrasia. Frigidis non, quia habent sime epatis distemperantiam in frigiditate, unde major sequeretur distemperantia, et sic de aliis. A temperatis calidis non possunt, quia omne minus violentum a magis violentum immutatur. Alie vero due curabiles judicantur, cum in eis non fit oppositio distemperantiarum.

Cura. — Patientibus igitur sic est subveniendum. Dabitur mane jejuno oximel compositus de radicibus sparagi, busci, feniculi, petrosellini, apii, rafani et squille cum aqua decoctionis anisi et seminis feniculi. Utatur patiens dieta utcumque calida et temperata, ut farre ordei, lacte amigdalarum, borraginis et his similibus.

Sepe sepius exibeatur benedicta cum aqua calida predicte deco-

(1) *Propter. . . epatis* dal Cod. Par. 6963.

ctionis (1) salvie et milii, solatri, saxifrage cum succo ebuli et sambuci distemperatis ad ignem patienti propinetur cum calida. Vel etiam siropus ex sucis confectus, admixto oleo violarum et rosarum, vel muscellino. Ungatur sibi venter, umbillicus et pecten. Deinde ipsas herbas contritas, unde sucus expressus et calefactus superponat patientibus. Sero euntibus dormitum transglutiet quinque vel septem pillulas de Paulino: fiat inunctio epatis cum calidis unguentis, dialtea, butyro, oleo laurino et his similibus. Serum caprinum in quo lapides fluviales extinguantur patiens sumet in potum, multum enim valet contra ydropisim: et potissime competens potest fieri purgatio cum benedicta laxativa. Fiat patienti fomentum in aqua salsa vel salmacinata, tribuli marini et urtice: in aquam patientes intrent et abluant sibi pedes, tybias, coxas et cetera membra tumentia. Mulieres nostre Salernitane vadunt ad loca silvosa, et herbas quascumque inveniunt, colligunt indiscrete (2) tam diureticas quam alias, utpote adiantos. . . . scolopendriam, capillos veneris, epaticam, pleonariam et cetera, et ipsas in aqua salsa vel salmacinata faciunt bullire. De aqua ista patientes fumum recipiunt, primo sero de aqua ipsa potent, secundo intrare faciunt in ipsam usque ad gulam et ibi dant eis aliquod electuarium, ut pliris, arcontici, diatagogon, diarodon vel diamargariton, vel etiam omnia ista simul commixta dant. Dant etiam jus cicerum et hoc faciunt quinquies et multos liberaverunt. Item Galenus precipit hanc curam calidam fieri: Accipiatur caput arietis et bene mandetur a superfluitatibus et a pilis, abluatur postmodum et frustatim incidatur ita ut partes non separentur. Deinde frondes lauri vel nuces integre vel in mortario trite et in foraminibus et in fixuris partium incisarum et precipue in foraminibus aurium, nasi, oris ponantur. Postmodum inungantur et bene claudantur, ita quod caput integrum videatur, ponatur (3) in loco ubi sit ignis accensus inferius, ita quod non tangatur ab igne; vel ponatur in clibano et assetur perfecte. Postquam coctum et axatum fuerit extrahatur a clibano, abiciantur ossa et frondes, et residuum per octo dies patienti exibeatur in cibum, quod quidem plurimum confert et rheuma capitis aufert (4).

Item Ypocratis (5) curam certissimam ponit (6). Tribus aut iiij digitis sub umbilico mensuratis, in dextro latere, sub umbellico, vel cum flebotomo vel cum lanceolla, facias incisionem, ita quod

(1) *Salvie. . . saxifrage* nel Cod. Par. 6963. Ciò che segue dal Cod. Fiorche per la terapeutica è sempre più esteso. Dove questo Cod. dice: *Mulieres nostre Salernitane*, nel Cod. Parig. 6963 leggesi: *Multoties salutem* (forse *Salernitana*) *hoc consuevit facere.*

(2) *Tam. . . . et cetera* dal Cod. Par. 6963.

(3) *In loco . . . ponatur* dal Cod Par. 6963.

(4) Qui termina il Cod. Parig. 6964.

(5) Il Cod. Par. 6963 soggiugne *et Galenus.*

(6) Dal Cod. Par. 6963, perchè più chiaro del Cod. Fior. Da questo Cod. poi ciò che segue.

paulatim fiat eductio illius aquositatis. Bonis utatur cibis et potibus et optimo vino.

Fiat et sciropus in quo apponantur radices lauri, eupatorie et gratie Dei, et addito zuccaro fiat sciropus. Quedam mulier consuevit dare contra leucociam, anasarcam vel iposarcam, et etiam contra ycteritiam inveteratam oleum laurinum. Et est sciendum quod ydropici non sunt purgandi cum mirobaIlanis, neque cum scammonea, sed fiat eis talis sciropus ad purgationem . . . . Si debent esse vj et sciropus apponatur quatuor polipodii quercini bene mundati, et terreantur et apponantur in caldara, in tantum apponatur de aqua, quod supernatet, deinde bulliant usque ad tertiam; postmodum coletur, et colature apponatur anisum, marubium, semen ozimi, et interim bulliant prius, post colature ponatur zuccarum, et in finem decoctionis iij uncie rubee infuse in aqua rubea rosarum et de hoc sciropo purgetur.

De splene.

Agendum est de vitio splenis. Splen membrum est frigidum et siccum, in sinistra parte corporis locatum, quibusdam panniculis mediantibus stomacho et epati colligatum, quod depurat epar a superfluitatibus melancolie (*1*). Splen nomen est membri et passionis: hec passio habet fieri ex melancolia innaturali, que generatur ex amixtione colerici humoris incensi et . . . ; vel habet fieri ex colera adusta. Splenis autem varia sunt vitia, utpote humor, et inflatio, et ipsius oppilatio. Tumor habet fieri proprie ex humore. Inflatio ex crossa ventositate. Oppilatio ex solido et terrestri humore. Vitium autem splenis communiter habet semper vitium epatis. Ex tumore hujus enim et inflatione fit splenis repletio et calefactio. Ex oppilatione splenis sequitur epatis infrigidatio et oppilatio. Dum enim splen non potest a melancolica superfluitate epar depurare, retinetur melancolica superfluitas in epate et sic causa oppilationis et infrigidationis sequitur epatis. Replectio vero splenis aliquando fit ex humore calido utpote melancolico innaturali; aliquando ex humore frigido. Si ex humore calido major adest epatis calefactio. Si ex humore frigido, minor adest epatis calefactio; unde talis datur regula. Urina in colore citrina vel subcitrina, in substantia per totum tenuis, imo tenuissima et quasi virgulata, quod provenit quia splen membrum est aliquantulum oblongum, vitium splenis proveniens ex replectione significat citrina, proveniens ex humore calido, subcitrina proveniens ex humore frigido.

Urina in colore pallida vel subpallida, karopos, lactea, glauca, vel alba, in substantia tenuis imo tenuissima, et virgulata, vitium splenis ex oppilatione significat.

(2) Urina vero a pallido colore inferius, in substantia tenuis, vel

(1) *Splen . . . adusta* dal Cod. Par. 6963.
(2) Tutto il § dal Cod. Par. 6963.

mediocriter tenuis, vel mediocris, longo tempore precedente clirosim epatis significat et splenis, idest duriciem; an dirosis dicitur duricies, quia, ut diximus, splenis est officium depurare epar a multa superfluitate, et deopilatur. . . . epar; epar vero coaugustatur in suis meatibus, quare urina apparet tenuis et virgulata.

Laborantes vitio splenis infestantur tumore et inflatione sinistri ypocondrii, et deterius se habent post prandium quam ante, propter majorem compressionem. Sed in laborantibus vitio splenis ex oppilatione adest discoloratio et fere totius corporis plumbeus color. In laborantibus vitio splenis ex tumore et inflatione corpori accidit croceitas.

Cura.— Patientibus ab ipso principio sic est subveniendum (1). Si fiat de frigida causa, detur oximel squilliticus vel compositus de radicibus sparagi, brusci, apii, fenugreci, petroselini, mane jejuno cum aqua calida; utatur sepe paulino ante prandium; utatur diacastoreo, dialacca, diacurcuma; hec potissima sunt omnia. Si fiat de calida causa, detur oximel compositus sine raphano et sine squilla. Estivo et calido tempore, mane jejunis detur syropus factus de radicibus sparagi, brusci, apii, feniculi, petrosellini et scariole, cum aqua decoctionis sene, thimi et epithimi. Hyeme vero et tempore frigido detur oximel factum de radicibus predictis, rafani et squille cum aqua ejusdem decoctionis. Utatur dieta scripta in principio hujus operis. Fiat hoc unguentum: butirum, dialtea, oleum rosarum et violarum, et muscellinum; succus radicum filicis, pulvis corticum et radicium cappari, et sucus ciclaminis; misceantur antea insimul et bulliant in ipso ciclamine concavato id est in malo terre. Agitentur usque ad spissitudinem unguenti. Hoc unguento frequenter splen ungatur, et interim fiat inunctio circa epar oleo violarum et rosarum. Pro antiqua duritie splenis auferenda, sepe sepius epithimetur cum penna intincta in sero caprino calido. Fiat cataplasma de cretanis et precipue apii et senationis tritis cum oleo violarum commixtis et calefactis. Fiat emplastrum de semine juniperi pulverizato et mixto cum melle rubeo, bullitis usque ad spissitudinem emplastri: et hoc superponatur spleni. Mollificatione splenis facta sic purgetur. Hyeme et tempore frigido cum katartico imperiali et diasene scamnioncata; estivo et calido tempore cum decoctione scripta in quartana. Post purgationem fiat minutio de vena existente inter auricularem digitum et medium sinistre manus. Mulieres nostre Salernitane accipiunt predictas radices, et omnes herbas diureticas et faciunt bullire in olla habente os angustum obturantes os olle, ut fumus resolutus ab aqua que debet duci usque ad tertiam partem non possit evaporare, et hanc aquam patienti propinant. Utatur his electuaris: dyalacon, dyacusmon, diasene, diacastoreum, et diantos. Utatur etiam aqua ferrariorum, in qua extinguatur ferrum candens. Experimentum Galeni: Accipiatur splen yrci et assetur in craticula ferrea, ita quod ab igne

(1) *Si fiat . . squilla* dal Cod. Par. 6963.

non tangatur, vel etiam igni nullo modo apponatur, et sic coctus, propinetur non totus insimul, sed quandoque tertia, quandoque medietas, quandoque due partes, nam exibita quarta parte, quarta pars splenis cessat et sic de ceteris Sed totus exibitus nihil prodest, ut ipse Galenus testatur. Fiat etiam sciropus valens contra utrumque membrum Accipiatur gratia Dei, radices sparagi et brusci, eupatorii, radices nucis scrup. j et sem. spice nardi: bulliant et cum radices in aqua, et colatura apponatur spica, et additò zuccaro fiat scirupus, quo patiens utatur cum aqua decoctionis anisi. Urina ergo in colore subcitrina, vel pallida, vel plumbea, in substantia tenuis, vel mediocris, vel mediocriter spissa sive virgularis oppilationem cistis fellis potest significare. Que fit cum vomitu et inflatione. Patienti sic est subveniendum ut laboranti vitio splenis.

Expliciunt regule urinarum Mauri.

(1) *Pillule Magistri Mauri probate.*

Recipe terebinthine, esuli hoc modo, polipodium ana unc. iij; ellebori albi et nigri, euforbii, sulfuris vivi, squille, salis gemme, anacardi, armoniaci unc. j; aristologii utriusque, gentiane, centauree magne et minoris, grana foliorum saxifrage, costi, reupontici, agarici, diptammi, coloquintidis, absinthii, raphani, seminis fumiterre, spicarum... ana unc...... salvie, savine, croci, cinnamomi, seminis maratri, mastices, rosarum, violarum, papaveris ablace ana.... iij; squinanti, sene, muscellini, capparis, lapidis lazuli ana ... iiij et s. omnium; mirobalanorum reub. ana ℈. v. ameos acanti, sinapis, castorei, radicis calidonie, affodilorum, seminis rute, seminis basiliconis, petroselini ana ℈. v. et s. electuarii scrup. ij et s. pista tertia pars pulveris diagridii, aloes epatici; tempera cum succu fumiterre vel caulis agrestis.

Valent iste pilule paralyticis, epilepticis, melancolicis omnibus, cefalargicis, cancrosis, scabiosis, et de flegmate salso leprosis, artheticis, podagricis, quartanariis; conservant memoriam, surditatem expellunt, stomachum confortant et splen, omnes frigidos humores crudos, viscosos, venenosos; possunt servari per iiij annos, semel in anno ... pulverizentur et confice cum suco predicto. Deo gratias.

Explicit liber urinarum et pillule magistri Mauri.

(1) Questa ricetta si trova nel Cod. Par. 6963.

COMPENDIUM

MAGISTRI SALERNI.

Questo breve trattato, a mia inchiesta, è stato ricopiato da un Codice della Lorenziana di Firenze dal culto dot. Bellentani. Ne ho detto poche parole a pag. 238 del I. Vol. ed a pag. 725 del secondo, dove ho riportato i titoli de'capitoli Ora ho creduto pubblicarlo per intero, essendomi sembrato oltremodo importante per i principii patologici che vi sono adottati, i quali non presentano alcuna diversità da quelli professati dagli altri Maestri della Scuola, e che in generale sono tratti dall' umorismo de'Galenisti conciliati co' principii Ippocratici delle forze della natura medicatrice. Le indicazioni sono perfettamente etiologiche, e le regole terapeutiche sono quelle adottate dagli altri Maestri della Scuola massime da' Plateari.

È dispiacevole che il trattato non sia intero, mancando nel mezzo di una pergamena, la quale doveva contenere molte formole di medicinali, e fra queste anche quella dell'*acqua ardente*; ed all'ultimo mancando ancora di altri articoli che riguardano la farmaceutica e la terapeutica. È dispiacevole altresì che anche questo breve trattato sia pieno di errori, i quali spesso non lasciano comprendere il senso.

INCIPIT COMPENDIUM MAGISTRI SALERNI.

Duplici de causa, me cogente, socii dilectissimi, hoc opus constituere summopere desideravi. Prima causa fuit finis utilis, secunda fuit honestus. Utile est Sociorum verba decorari, honestum etiam ipsorum utilitate clarescere. Communi ergo utilitate sociorum deserviens, hoc negotium succinte et utiliter componere non recusavi. In quo quia secreta pratice breviter et quodam modo demonstrantur, et sparsim dicta, ab invidis medicis celata, feliciter enudantur, compendium competenter intitolavi. Volumus autem hujusmodi maxima. Reperitur utilitas secundum diversitatem, et est delicatorum vel fortium, secundum diversitatem sustinentium horribilitatem. Que eis abominatione fugentium multiplici medicaminum varietate docet medicum subvenire, et in ullo deficere, et secundum doctrinam solutorum docet medicamina instituere. Aliorum effectuum ut confortantia stiptica, et similium prenotata capitula quid dicam, et de quibus, et quo modo agam bene, cognoscitur ex quibus utilitas Compendii breviter demonstretur.

De generatione morbi ex humore. De lesione animalis virtutis significante dominium humoris. De lesione spiritualium idem significante. De varietate dolorum dominium cujuslibet humoris significante. De varietate tumoris illud idem significante. De exeunte a corpore humano urina. De egestione idem significante.

De efigie (*sic Cod.*) (1) idem significante. De regione idem significante. De etate idem significante. De consuetudine et dieta competente dominium humorum specialiter significante.

De motibus morbi in naturam. De nature motibus in morbum.

De digestivis.

De incentivis.

De leviter provocantibus vomitum. De graviter idem provocantibus. De simplicibus illud idem provocantibus.

De unctione vomitum provocante. De lumbricos occidente. De aqua inducente vomitum.

De vino idem faciente.

De Scyrupo idem faciente vel provocante. De notitia hujusdem decoctionis. De scyrupo et oximelle.

De clarificatione scyrupi. De inspissatione ejus, qui in pixide portari possit, id erit zuccarum.

De pomo provocante vomitum. De pane provocante idem. De constrictione vomitus per medicinam.

De provocante vomitum post ipsam.

De duplici modo flebotomie.

De duplici modo adustionis.

De levibus obtarmicis. De gravibus ejusdem. De gravium alleviatione.

De semplicibus medicinis. De compositis laxativis tractare intendimus. Prius tamen de simplicibus, quia precedunt finem totum (*sic*).

De simplicibus purgantibus flegma.

De purgantibus sanguinem simplicibus.

De scyrupo purgante coleram.

* De scirupo purgante melancholiam. De scyrupo idragogo. De usualibus purgantibus flegma. De compositis purgantibus sanguinem. De eisdem purgantibus coleram. De eisdem purgantibus melancoliam. De eisdem ydragogis. De decoctione purgante flegma. De eadem emagoga. De eadem colagoga. De eadem ydragoga. De scyrupo purgante flegma. De scyrupo colagogo. De scyrupo melagogo. De eodem ydragogo. Da aquis flegmagogis. De eisdem ydragogis, que fiunt secundum modum et doctrinam aque rosarum, sive ardentis etc. De aqua rosarum facienda. De aqua ardente facienda, et diu conservanda. De aqua Nanphi (?) facienda. De vino

(1) Si vedrà in seguito che per *effigies* intende l'aspetto o l'apparenza esterna del corpo.

te magis pauperem cum bono opere quam divitias cum peccato : nam pecunia perditur et bona opera permanent; nec velitis multum ridere, nec quemquam irridere. Et dixit, si percipiatis in aliquo aliquam lesionem , vel aliquam maculam , vel aliam turpitudinem non dehonestetis vel derrideatis eum , sed redeatis ad eum , quia omnes estis creati ex una materia , et qui deridet non assecuratur ut ad tempus non incidatur hujusmodi; quare decet quum videritis quidquam tale elevare oculos ad Deum grattificantes eidem de salute vobis concessa et petentes misericordiam quod nos custodiat. Et dixit, quum disputabunt vobiscum fidei contrarii cum asperis et fortibus verbis, non respondeatis equo modo eisdem, sed cum mansuetudine et humilitate, dicentes Deo, Domine, dilige creaturas tuas et duc eas ad bonam credentiam et salvationem eternam. Et dixit, multiplicetis taciturnitatem in consiliis, nec solvatis linguas vestras coram inimicis caventes ne eis quibus vos percutiunt arma detis invenientes contentiones et superfluitates verborum. Et dixit, vita anime consistit in sapientia, et sapientia in credendo Deo, et credere in Deum est observare legem, quia sapientia et credere in Deum non dividunt se ad invicem, nam, una existente, altera est, et si.... non erit altera. Et dixit, non poteritis esse justi, si non haberitis timorem Dei, cum quo acquiretis spiritum sanctum, qui aperiet vobis portas paradisi, per quas ingredientur anime vestre ad animas mundas qui merentur vitam eternam. Et dixit, cavete a societate malorum, invidorum, ebriorum et ignorantium, et quando cogitabitis bene facere, incontinenti priusquam impediamini vel retrahamini voluntate perversa et a faciendo desistatis. Et dixit, non invideatis malo cum bene succedit sibi cum stabile non est nec est boni finis. Et dixit, fac filios tuos a pueritia sua discere priusquam procedant multum et trahantur a malitia et peccatio in eis. Et dixit, sint desideria vestra levata ad Deum , orantes eum cum mundis cogitationibus, et sic vos exaudiet et respondebit vobis et auxiliabitur quocumque ibitis , et liberabit a laqueis diurnis, et humiliabit capita inimicorum vestrorum sub pedibus vestris. Et dixit, quum inceperitis jejunare mundificatis animas vestras ab omni sorditie jejunantes puris cordibus et exclusis pravis cogitationibus, quia Deus reputat immundas volontates maculatas, et sicut abstinetis jejunando a cibis solum, sic et a viciis et a peccatis omnibus in quo insatisffacit jejunium cum opera fuerint inhonesta et voluntates immunde. Et dixit, visitetis in jejunio vestro domus Dei insistentes orationibus et clamoribus, non servientes Deo propter pompam, sed cum mansuetudine et humilitate, et cum festa celebrabitis existentes ylares cum familia vestra in domibus vestris, recordacti (*leg. recordamini*) pauperum, largientes eis elemosinas et beneficia. Et dixit, confortetis angustiosos ac tristes, redimetis captivos, curetis infirmos, induetis nudos, cibetis esurientes, sitientes potetis, recipietis peregrinos, satisfacietis creditoribus, tueamini injuriam patientes. Et dixit, non addatis afflictis afflictionem, vero confortetis et juvetis eos placidis verbis et ornatis ope-

ribus, et si sint homines, qui dapnificaverunt vos, parcatis eis. Et dixit, nitamini amicos acquirere examinantes eos priusquam confiditis, nec confidetis priusquam experiamini ut non dampnificamini per eos ne vos penitere contingat. Et dixit, quem Deus exaltavit in mundo (*non*) reputet se majorem socio, vero exaltationem illam reputet ullam, quia Deus creavit pauperes et divites eodem creationis modo respectu cujus omnes sunt equales. Et dixit, non egrediatur de ore nostro indignationis verbum turpe, quia hoc est res deshonestans et ducens ad penam. Et dixit, qui compescit viam, et refrenat linguam, et moderat verba et mundat animam suam, exuperat omne bonum. Et dixit, non convenit querenti sapientiam ut querat eam ob meritum et pretium, sed propter delectationem que est in ea, eo quod pretiosior est aliis rebus. Et dixit vera sapientia est munus et fortitudine judicatur omnis discipline et mortificatio malorum. Et dixit, melior et nobilior rex est communit (*forse qui commutat*) legem malam propter bonam. Et dixit, liberalitas est esse liberale tempore paupertatis, et patientia est parcere cum adest possibilitas dicendi. Et dixit, qui honorat sapientes diligit justitiam, et bona operatur, et nititur perquirere sapientiam et bonos mores invenit quod appetit de hoc mundo et de alio Et dixit, infelix in hoc mundo et in alio est qui caret sensus, sapientia et doctrina. Et dixit, qui non docet quod scit inscientiis, et in bonis moribus augebitur per illud ignorat malorum in illo (*1*), et qui denegat scientiam aperte privatur suo beneficio in hoc mundo, nec denegat eam nisi ignaris et si modice non sint scientie est vilis voluntatis et invidus. Et dixit melior est liberalis in scientia quam in divitiis liberalis: nam de scientia relinquitur bona fama, cum divitie anulletur et scientie perpetuetur. Et dixit, decet hominem non odire nec offendere illum qui eum offendit, vero benefaciat et mitiget motus et verba ejus, quod potiora opera sapientis sunt tria, scilicet, facere de inimico amicum, et de nesciente sapientem, et de malo bonum. Et dixit, bonus est ille decus bonis percipiunt alii (?), et reputat aliorum bona propria. Et dixit, quam modicus est profictus cum cupiditate multa, et quam multus profictus modice scientie retrahendo animam a cupiditate. Et dixit, mors est sicut sagitta emissa, et vita est in quam elongatur a se. Et dixit, major pietas est misereri incipientium. Et dixit, cui non sufficit quod habet, non confert multa habere. Et dixit, delator sive suggestor vel mentitur cui suggerit, vel est proditor ejus qui defert. Et dixit, fac perdere timorem sicut ignis ligna. Et dixit, invidus amicus est illius qui est injuste, et inimicus illius quum distat, et est inimicus nomine et amicus non nomine. Et dixit, invidus non natus fuit nisi ut despitiat. Et dixit, multum securus est qui est sine culpa, et multum multicialosus (?) qui jacet in culpa. Et dixit, non obediatur cupiditati vestre, quia ipsa non obedit discretioni vestre. Et dixit, cum iram habeat causam sitam est levis, et cum non habet est gravis ad se dandum. Et dixit, qui dat aliis consilium incipiat proficere sibi; et quesierunt vel quesiverunt ab eo

quid est quod molestat hominem gravi impedimento , rodit ira et invidia et magis ambobus cogitatus, et interrogaverunt eum qualiter sapientes magni incedunt ad portas divitum , quam divites ad portas sapientium. Respondit : quia sapientes sciunt profictum divitiarum et divites ignorant profictum scientiarum. Et dixit, discretio sine patefactione est sicut arbor infructificans. Et dixit , qui cognoscit ignorantiam sapiens est , et qui non cognoscit est ignorans, et qui ignorat seipsum non cognosceat alium. Et dixit , sapientia est sicut margarita que invenitur in concavis profundi maris, que haberi non potest nisi per scrutatores qui sciunt descendere in fundum maris. Et dixit, non potest esse perfectus servus qui complete castitatis non est , nec est complete scientie qui non est perfectus servus, et perfectus servus est completus discretione. Et dixit , ira ignorantis consistit in verbo solo et sapientis in operibus. Et dixit, de invido suffitiet tibi eum tristari quum letaris. Et quesivit quedam, senex si contraherit: respondit: qui non potest in mari natare, qualiter alium potest portare supra collum natando. Et dixit, qui presumit contra alium propter se, presumit pro alio adversum te. Et dixit, ira rationem perturbat quousque bona operanda non cognoscat nec mala vitanda. Et dixit , verecundia quam quis patitur pro commissione malorum turbat et impedit concupiscentiam eorumdem. Et dixit, quando errabat penes te amicus non recedas ab ejus amicitia donec remaneat aliquid in eo quo ipse videris posse certificari. Et dixit , bonus amicus est qui obliviscitur ejus in quo errabat erga eum amicus, nec sibi infitiat propter ea, nec benificia illata improperat. Et dixit, melius est rectificari a teipso quam a bono altero. Et dixit , mali socii sunt sicut arbor ignefactus , unus ramus alium comburit. Et dixit, majus quod Deus fecit in hoc mundo est homo , et majus in hoc est ratio, per quam servat justitiam et recedit a peccato. Et dixit, commendabilior res est apud celum et terras lingua profitens veritatem. Et dixit, homines necessario debent habere bonum et malum: ergo iste est fortunatus quo bona recipiuntur et infortunatus quo mala recipiuntur. Et dixit, decet reges non dare posse nec dominium non pietate habentibus et ex his diliget omnes sicut bonus pater bonos filios Et dixit , finis anime rationalis est scire veritatem, et anime concupiscibilis est vita , et finis anime irascibilis est pax. Et dixit, sufficit injuriam patienti peti indulgentiam ab errante. Et querentibus ab eo quid est liberalitas, respondit : liberalitas quod te liberes tua pecunia , et quod de accipienda pecunia ab alio absolvaris. Et dixit , propter votos dona ignotis indulgeas illos qui obsunt tibi propter illos qui prosunt. Et dixit, vita hujus mundi est ita brevis quod homo non debet corde concipere alium adire. Et dixit, statue iram tuam indirecte patientie tue et tuam ignorantiam indirecte tue sapientie, et tuam oblivionem indirecte tue memorie. Et dixit, utilis est verecundia in parvo qui ostendit quod est boni servus. Et dixit , melius est quod benefatias cum bene succedit quam quando male

succederit, quia forte non subpetent facultates. Et dixit, qui moratur in provintia in qua non est Deus ultor et judex, justificator, et medicus sapiens et fortis, habendus ut fluvius concurrens, se et suam pecuniam exponit fortune et castigat legem. Amor Dei quod primum tibi precipio est timere Deum et obedire eidem. Et dixit, qui dominatur in hominibus necesse est ei habere memoriam trium rerum: prima est gentis sibi subjecte; secunda est quia licet sint sub dominio ut liberi sint vel non ut servi; tertia est quod sua dominatio durare non potest, nisi modico tempore. Igitur oportet te, o homo, servare animam tuam bona voluntate in verbo veritatis, nec debes bacare de inpugnando in Deum non credentes de cogendo ad cohabendum sui obedientiam, nec concupiscas eorum pecuniam quam dimittas eos in Dei obedientia, nec vel habere divitias nisi fuerint de bonis acquisitis, et scias quod populus obedit benefacienti, sane nec potest bene accidere regno nisi habundat populo, qui nam quando domus carebit eo et Deus sui termini (?). Igitur attendas facta tua, sed cogita prius de anima tua, invenies te ex eis quibus dirigatur in alium mundum et sic dirigeris in factis istius mundi. Et si forte contingat super hujus mundi negotiis specialiter bellicis te adesse presentem caveas tibi sollicite de hostium in oppido insultu et oportet quum presentabis te in pugna ut sis sollicitus in omnibus tuis actibus et caveas tibi de opponendo insultu quo possis pati repulsam, quod repulsiva cessio contingens exercitui non potest cito resumi, et multiplica excubias ut scias semper continentiam inimici, caveas ne decipiat, et quum precèperis aliquid scruteris ut si percepisti, perfecerit, et si non scrutaberis minus timorem habebunt; et cum precipies scribi aliquam cartam non sigilles prius quam legas, quia reges decipiuntur plurimi ex his. Et cave solatium habere cum amico, ne patefacies cordis tui secreta nisi propriis tuis de quibus bene et plene confidas. Et hoc agas prudenter quod tua militia quam populus solatietur libenter tecum superlaudari gubernatione quam gubernes eosdem. Et sit tuum dormire quam sufficiat ad quietem cordis tui, nec in eo mittas te nisi de veris rebus ut sint opera tua veritas et non derrisio, et in exequendis qui oportuerit non exibeas moram. Et si prevalere te contingerit in parcendo sis pius et consideres que dimittis vel remittis, et attende penes operantes magnam alchimiam exilarans eos et tales sunt agricole; nam non sunt alchimia aliqua sicut fecundare terram cum plantationibus, et a seminatoribus quibus populus gubernatur, militia multiplicatur, et domus repletur divitiis et regna roborantur. Ergo oportet, rex, hos conservare, et convenit ut honores quemlibet juxta conditionem suam, et ipsius discretionem et juxta sui scientiam, publicando honorem quem feceris ei, ut populo manifestentur bona merentes, et benefatias querenti scientiam ut accrescat voluntas ejus ad eam acquirendam, intellectus illustretur et extimatur cogitatio ex hoc mundo, et pro merita recipiat exinde proffictum; infer cito penam malefactoribus terre ex quo constiterit de delitto. Et qui impedit regnum tuum.

. . . . eum publice, ut alii terreantur, et latroni incidantur manus, et spoliatores stratarum suspendantur stratis ut fiant secure, fornicatores fustigentur vel percutionibus, et fornicatrices lapidentur si vere probantur. Caveas tibi a susurrantium eloquiis quos cito punias, et punitos publices, et quiescere fac cor tuum ab exercitio vanitatis, et recorderis requirere captivos semel quolibet mense, et liberandos liberas et benefacias hiis eis. Et puniendos punies incontinenti; et quibus videris tamen indulgendum donec constet de negotio tuo eos precipies custodiri, et custodias non invitaris tui tantum consilio, sed consules illum qui fuerit bone discretionis et etatis provecte, quia in pluribus est expertus et plurimum invitans, vel invitaris consiliis in magnis negotiis; et invento quod rectum sit in aliquo eorum, illud consumas; alioquin utiliori consilio adquiescas et Deus te diriget. Et dixit, si nobilis es bonitatibus utere, et majores bonitates sunt justitia et castitas et concessio liberalitatis antequam petatur. Et dixit, decet quilibet querere scientiam roborans eam in se, nec terreatur a supervenientibus, nec extollat se nobilitate habita divitiis aut dominio. Voluntas vere dicta et ora equentur, et sic assecurabit eum Deus et successores suos. Et dixit, non potest quis evadere in die judicii nisi propter tria, scilicet propter distinctionem, propter castitatem, propter bona opera. Et dixit, omnia pereunt nisi bona opera, et omnia possunt permutari nisi vera, et omnia possunt rectificari nisi mores mali, et omnia possunt vitari nisi juditium Dei. Et dixit, non est mirum qui obmisit cupiditate si sit bonus, sed mirum si sit bonus remanentibus cupiditatibus in eo. Et dixit, non incontinenti infligas penam peccatori sed intermitte spatium ad exculpandum. Et dixit, error sapientis est sicut fractio navis, qui dum submergitur ipsa facit submergi multos. Et dixit fiducia est servitus et diffidentia est libertas. Et dixit, quando rex non potest reprimere suos servos nec suas cupiditates, qualiter potest reprimere suos familiares; quum non potest suos proprios filios reprimere, quomodo potest reprimere populum et distantes a se. Et dixit, debet incipere dominari sibi et animari a domino aliorum et demum aliis dominari. Et dixit, decet regem suspectiosum non esse, quia suspitio facit homines a se elongari, cum apud regem suspiciosi et maxime detractores et elatores habundent, quos si rex est in domo sua patitur familiares fide dignos, et consiliarios sufficienter habere non potest.

DICTA HOMERI.

Homerus fuit versificator antiquorum apud Grecos et majoris status apud eos. Qui fuit post Moysem quingentis lx annis, et edidit multa bona, et omnes versificatores grecorum imitati sunt eum, et discentes ab eo processerunt viam ejus. Ipso igitur captivato tanquam servo venditioni exposito quesivit unus ex eis qui volebant eum emere, bene erat: respondit de patre et matre sum Et di-

xit, vis quod te emam? respondit, quare consulis de tua pecunia. Et dixit ei, ad quid bonus es, respondit ad liberandum. Et moratus est in captivitate longo tempore, et ad finem liberavit eum. Erat vir bone magnitudinis, pulcherrime forme, remissi coloris, magni capitis, strictus inter humeros, habens gravem aspectum, et in fatie signa nevolorum, et erat multorum verborum et dehonestator eorum qui predecesserant eum intromissorum et laudatorum divinorum, finiens vitam suam in centum viij annis, et ista sunt ejus dicta Et porro dixit, discretus est ille qui linguam suam refrenat. Et dixit, fraudationis denegatio vita est anime. Et dixit, querere consilium est quies tibi et labor alterius. Et dixit, os ostendit quid jacet in corde. Et dixit, multa taciturnitas facit hominem esse nescium. Et dixit, perfidia aufert discretionem et levitas continentiam. Et dixit, aspectus ostendit quid jacet in corde plus quam verbum. Et dixit, qui providit in factis suis securus est quod non peniteat. Et dixit, qui non gratifficat bona que conferuntur sibi, invidet illi Et dixit, mirum est de illo qui potest assimilari Deo et conatur assimilari bestiis. Et dixit, non convenit operari nisi discere aliquid de quo accusatus doleas, quia si feceris eris accusator tui. Et dixit, acquiratis bonitates, quod propter ea perdentur malitie. Et dixit, sapiens quidam per lesionem navis submersus ductus est ad insulam impetu maris vivus et scripsit in arena figuram quamdam geometricam, videntes eum duxerunt illum ad regem loci illius, propter quod rex mandavit per providentiam hoc modo vos homines nitamini ea lucrari que remaneant si omnia alia in mari per naufragium perdi contingant, et talia sunt vere delectationes scientiarum et bone operationes. Et dixit, homo defert super suos humeros duo honera, unum retro et aliud ante, ante tenet errores et vitia aliorum, retro tenet proprios suos. Et dixit filio, reprime tuas cupiditates quia pauper est qui se gubernat per eas. Et dixit, si fueris sapiens apreciaberis, si superbus fueris descerciaberis (?) vero despitieris. Et dixit, bonus est melior omnibus animalibus terre. Et dixit, sapientia est posse operari per scientiam. Et dixit, melior est cognitio quam ignorantia, quia per cognitionem vitatur cadere in ignorantiam et per ignorantiam nullus vitat malum, vel periculum seu dampnum. Et dixit, iste mundus est domus mercationis et est infortunatus qui recedit ab eo cum perditione. Et dixit, per cautionem magnam consequitur homo quod vult et instrumentum domini est delectatio cordis; mansuetudo eloquii aufert tedium; promittere et non complere privat bonitatem, et qui incipit benefacere et non complet non potest mereri ei. Et dixit, qui habet aliquod posse in mundo isto gaudere non potest, et qui non habet despicitur. Et dixit, nihil est melius quam mentiri et non habetur aliquod bonum in mendoso.

DICTA SOLONIS.

Solon Athenis leges statuit. Solon composuit plurimos libros predicationum bonarum, qui fuit de Athènis, que erat civitas sapientum illo tempore, et fecit versus quibus caverent homines voluntates ad vitandum seditionibus et occidendum se cum inimicis, et ista sunt dicta ejus. Et primo dixit, quum volueris aliquid facere non sequeris voluntatem tuam omnino, vero queras consilium, quia per consilium scies veritatem. Et interrogaverunt, quid est difficilius in homine: Respondit quod cognoscat hoc quod est in eo, et quod conservet suam legalitatem, et quod non loquitur in quo loqui non debet, et quod non molestat se ex eo quod non consequitur illud quod habere conatur. Et dixit, res hujus mundi et statuta et leges consistunt in duobus: ense scilicet et vexillo. Et dixit, non multis percipere qui sibi soli percipere non potest. Et dixit uni de discipulis suis, cave a derrisione, quia per hoc nascitur odium. Et dixit, non sunt virtutes quos sibi ascribit, sed ille que sibi ascribuntur ex operibus suis. Et interrogaverunt eum, quis est liberalis; respondit qui suarum rerum liberalitate utitur, nec est cupidus bonorum alienorum vel aliorum. Et interrogaverunt eum, quid est accutius gladio: respondit lingua prava. Et quesivit unus dives, qui sunt bona tua vel thesaurus tuus: respondit meum est tale quod haberi non potest ab homine mundi absque mea voluntate, et quidquid sibi concedat de meo meum non diminuitur; et de tuo nemini potes dare quid nisi patiaris diminutionem. Et dixit, non oportet aliquid laudari de pluri quam sit in eo, quia ipsemet patefaciet veritatem, et erit quod adjunxerit tui deffectus. Et dixit (1), patientia est forte castrum, et acceleratio inducit penitentiam, et fructus exprimendi veritatem est honor. Et interrogaverunt eum, qualiter acquiruntur amici; respondit honorando eos cum presentes sunt et benefaciendo eis et commendando eos cum fuerint absentes. Et dixit, bona anima numquam dolet nec letatur, quia non accidit ei alacritas nisi quum intuetur bonitates rerum et non ejus malitias, et accidit ei dolor quum aspicit ad suas malitias, et non ad bonitates; bona vero anima aspicit totum mundum, et videt quod eque sunt bonitates in ea et malitie, quare ipsam nec gaudere similiter, nec tristari contingit. Et dixit, rex faciens bonum et servans justitiam regit voluntates populi sui, et iste qui facit injustitiam et violentiam querit alium qui regit super eo. Et dixit, oportet dominum prius rectificare se ipsum, aliter est sicut qui conatur rectificare curvam umbram suam priusquam se.

(1) Con poca diversità questa massima trovasi ripetuta in Socrate.

Fabion (?) fuit magnus deffensor suorum pro priorum, et habuit aliquos amicos centum, quos voluit unus rex procedere credens eos interficere, quo scito fabion contulit se ad eos deffensurum cum militia et cum armatorum multitudine. Et quando rex scivit hunc congregantem suam militiam processit contra eum et captum tormentari precepit sicut hominem qui contra dominum suum, et promittens ei se daturum fortem penam et suos socios martoriari (?). Dixit Fabion, queam que jubeas me affligi non faciam aliquod temere, et cum diutius torqueretur incidit extremitatem lingue sue cum dentibus, prohibiens eam coram rege ut desperaret eum dicere posse rem nocivam suis sociis Fuit Fabion fulvi coloris, competentis magnitudinis, pulcre forme, habens in sua maxilla signum unum, oculorum nigrorum, et fuit magni capitis et difficilis aspectus, elevans semper caput in altum, fuit et multorum verborum, et delicabilis et bene servatus, boneque discretionis et bone conscientie, tenebat semper in manu sua virgam unam elaboratam cum smeragdis, et habebat . . . . (1) annos cum vitam finivit. Et ista sunt dicta ejus. Dixit discipulis suis, si perdidit quid non dicat perdidimus illud, sed dicite et restituimus illud quod nostrum non erat. Et dixit uni discipulo, multiplica amicos qui sunt medicata animarum. Et dixit, non convenit sapienti contrahere cum pulcra, quia languebit multi amore ipsius, et propter hoc despitiet ipsa maritum Et dixit, omne malum est in delectatione pecunie Et dixit, ne timeas mortem cordis, sed anime mors timenda est. Dixerunt ei, quomodo dicis hoc cum teneas animam rationalem non mori, respondit, cum anima rationalis se convertit ad naturam bestialem a natura rationali, licet sit incorruptibilis mortua reperiuntur, cum perdit vitam intellectiam (*sic*) vel eternam. Et dixit, vita anime est sublimis et elongata amore, nec potest anima devenire ad manus mortis nisi pateantur ei occasiones ducentes ad mortem. Qui videns juvenem stantem in littore maris suspirantem propter mundi adversitates, dixit, ffili non suspires ob nocimentum quod habes, nam si esses multum dives et morereris in medio maris sub periculo corporis et optares nec aliud nisi evadere corpus tuum tantum: respondit, non aliud; dixit, et si esses rex et quereres aliquis te occidere et privare regno, non optares aliud nisi evadere corpus a morte: respondit, non aliud. Respondit Fabion: putate predicta pericula incurrisse, et tandem personam liberam evasisse, et sis contemptus statu in quo es, et recessit juvenis confortatus.

(1) Vi è una cifra, che può interpetrarsi per 58.

DICTA PITHAGORAE.

Pictagoras vidit bonum esse negligere mundum et servire Deo mandans sanctificari servos et uti justitia et aliis bonitatibus, et abstinere a peccatis, et initi ad sciendum mentem omnium rerum, et diligere homines, et uti bello, et facere multa jejunia, et uti studio, et mares docere mares et feminas docere feminas, et loqui ordinate et predicare. Et dixit, sicut initium factionis est adeo, sic oportet quod nostre anime revertantur ad Deum. Et dixit, si volueris cognoscere Deum non cogites ad cognoscendos homines. Et dixit, sapiens non reputat Deum onoratum suis eloquiis sed suis operibus. Et dixit, sepientia est Deum diligere, et Deum diligens agit opera que Deus diligit, et operans que diligit Deus est circa eum, et qui circa eum est, bene est proximus. Et dixit, non onoratur Deus per ea que offeruntur sibi sacrifitia sed propter acceptabiles voluntates. Et dixit, qui multum loquitur in eo signum est quod parum cognoscit. Et dixit, recorderis quecumque bona que feceris, aliquid ex bonis operibus corporis et anime quod est circa te videns omnia opera et cogitationes, et tantum habebit verecundiam pro eo. Et dixit, hominem sapientem et timentem deum cognoscit Deus, propter quod non turberis si homines te non cognoscunt. Et dixit, Deus non habet locum super terram magis conveniens sibi quod anima pura et munda. Et dixit, decet hominem de rebus nobilibus, et si sit ei possibile audiat loquentem de illo. Et dixit, cave uti re feda tecum vel alio, verecundans de se magis quam de amico alio. Et dixit, satage lucrari bona laudabili modo, et expendere simpliciter. Et dixit, cum odies mendatia sis sapiens, patiens in audiendo. Et dixit, de operibus plus cogita quod non alloquuntur homines super eis. Et dixit, attende salutem tui cordis ut sis moderatus comendo, bibendo et accedendo cum mulieribus, stando vel laborando Et dixit, id facere coneris quod alii tibi invideant. Et dixit, sis vigilans in tuo consilio quia dormire in eo est participare cum morte. Et dixit, quod non decet te facere non deveniat in tuum conceptum. Et dixit, sermo mendosi, orationes sue et sacrifitia sua sunt sordida et contraria Deo. Et dixit, hominem culpare se ipsum utilius est ei quam culpare amicos suos. Et dixit, qui non est intentus veritatem non attingit. Et dixit, carens scientia eodem modo se habet sua laus et vituperium et vita ejus et derrisio. Et dixit, reputes germanos tuos illos, qui te juvant ad sciendum. Et dixit, (judica) judex non judicans ratione meretur malum. Et dixit, non sordides linguam injusticie nec eam auribus audias. Et dixit, statue servum tuum pro gubernatore anime tue vero vite tue. Et dixit, non potest esse homo liber parvus ad mala opera que adquisivit per consuetudinem. Et dixit, non hominem decet in hoc mundo niti acquirere bona, nec facere grande opus quod remanet per mortem suam in servitia alterius, vero nitatur lucrari quod proficiat sibi post mortem. Et dixit, melius est hominem credendo in deum in lecto ligneo jacere, quam in lecto

aurco jacere dubitando de Deo. Et dixit, nitaris quod tue mercationes sint spirituales et non corporales, sic erunt tua lucra nobilia et non vilia. Et dixit. cum volueris offendere alium scias te non posse evadere quin te offendat Et dixit, fundamentum timoris Dei est pietas. Et dixit, prepara animam tuam ad recipiendum res contingentes tibi de bono et malo, excludas te ab omnibus vanitatibus mundi, quia rationem conturbant. Et dixit, non exponas te ad dormiendum donec consideres opera que fecisti eadem die, ut scias si errasti et in quo, et si feceris quod non debuisti, et si inveneris quod male feceris, tristeris; et si bene, leteris; et per hoc invenies quod sciscires Deum. Et dixit, cum inceperis aliquid bene operari, incipias Deum orare, rogando quod tibi bene succedat in illo. Et dixit, si experiaris aliquid, et invenias quod non sit conveniens ut sit amicus, cave ne illum facias inimicum. Et dixit, experiaris hominem suis operibus, et non dictis, quia plures invenies quorum mala sunt opera et bona dicta. Et dixit, decet hominem non errare, et si errat quod cognoscat errorem ad quem non redire sit cautus. Et dixit, unum inimicatur anime et corruptorem suorum operum et est sicut qui adiicit ignem igni. Et dixit, decet hominem esse obedientem domino suo non tam sic absolute, quam sui impediat libertate. Et dixit, convenientius est hominem mille mori quam animam suam incidere in tenebris nescietatis. Et dixit, non obmittas pulcra opera facere eo quod non gratificentur. Et dixit, recorderis super anime tue, ut stet in nobili cogitatu, pauci ejus sunt allegantes adversus hunc sublime statum. Et dixit, pure anime non delectantur in rebus terrenis. Et dixit, conare non prebere iram quam crescant inimicitie. Et dixit, niteri amicos acquirere propter te et non propter ea que habes. Et dixit, convenit non facere quod incipit, sed quod decet. Et dixit, decet scire horam, et quam conveniens est loqui et quam tacere. Et dixit, qui non refrenat animam suam in corpore suo, corpus est anime sue fovea. Et dixit, liber est qui ullum perdit debitum ex hiis que debentur ab aliqua ex cupiditatibus nature. Et dixit, esclude sensum a cupiditatibus et apparebit veritas. Et dixit, non potest sciri nisi quam inquirit. Et dixerunt ei: quis est liber? Respondit, qui servus est honestatis. Et dixit, non est patiens qui tam gravatus est quam tolerare potuit et sustinuit, sed ille qui gravatus est ultra possibilitatem sue nature et sustinet. Et dixit, sicut non bonus medicus censetur qui curat alios et seipsum non curat, eodem modo est non bonus gubernator sui qui alios mandat bene operari et cavere a malo, et seipsum obmittit. Et dixit, mundus variatur vice una faciens tecum alia contra te, igitur si dominaris ei benefac, et si tibi dominabitur humilia te. Et dixit, qui potest quatuor abstinere a malo gravari non potest, scilicet importuna festinantia, pertinantia, arrogantia et pigritia; quia fructus festinantie est penitere, pertinantie est perditio, arrogantie est odium et pigritie est despectio. Et vidit quemdam indutum nobilibus pannis indecenter loquentem, cui dixit: aut loqueris sermone proportionato tuis

vestibus, aut induas te pannos proportionatos tuis eloquiis. Et dixit suis discipulis, non queratis res quas diligat ex qualitate ipsarum vel sappore, sed illas que diliguntur in se. Et dixit, si volueris quod non erret filius tuus vel servus, id queris quod est extra naturam. Et dixit, sapiens de anima sua curat vel cogitat sicut alius de suo corpore. Et dixit, anima intra bonos est in dilectatione et in gaudio, et inter malos in dolore et tristitia. Et dixit, assume illos in amicos qui veritatem sectantur. Et dixit, cogita plus quam opereris. Et dixit, sicut egrotus medico mentiens salvari non potest ab ipso, sic homo veritatem suam amico non exprimens bene consuli ab eo non potest, nec diu amorem ejus habere. Et dixit, cum multis inimicis minuitur perfecta tranquillitas. Et cum Pictagoras sedebat in sede sua istis cogitationibus utebatur: Dirigite pedes vestros mensurati passus et salvi incedetis; temperate vestras cupiditates et salus vestra durabit; utamini justitia et diligemini; non acquiescatis magis dilectationibus corporis, quia sustinere non potestis postmodum adversitates cum venerint, et commendaverint coram divitias. Et dixit, non laudo divitias que cum liberalitate perduntur, et cum parcitate et avaritia retinentur. Et vidit quemdam senem cupidum scientia, sed tum addiscere verecundum, cui dixit ad quid verecundaris in extremo vite tue melior quam in privo ejus. Et dixit, si volueris inimico tuo despitionem facere, non ostendas te ipsum pro inimico tenere. Et dixit, decet regem sollicite perquirere regnum suum, sicut orti dominus ortum diligenter perquirit. Et dixit, convenit regi quod sit primus qui leges tuas incipiat custodire, deinde quod easdem custodiant qui sunt domestici et amicitiores eisdem vel eidem. Et dixit, non decet regem multum sibimet derogare, nec suo solo consilio gubernari, nec incedere semitam quam ignorat, nec equitare nocte obscura. Decet quod quum sit ylaris vultus et aspectus homines salutet eos libenter, et quod placide conversetur cum hominibus, quod populus ista et similia multum attendit. Sint etates mulierum tue uxori servientium quinquaginta annorum et ultra; si masculi serviant sint multorum dierum, et cum dormire (aut) recreari quadam delectatione voluerit requirat super custodes si prout debent custodiant, et si quis in custodia defficiat puniat eum. Caveat ab alimentis sumendis de manu mulieris zelotippe, vel de manu cujuscumque vilis vel suspecte partis. Et dixit, desiderantes cupiditates corporales servis sensuum, desiderantes spirituales servis rationis. Et dixit, bonus attendit ad sua vitia, malus ad suas virtutes. Et dixit, priusquam alloqueris Deum, facies opera grata sibi.

DICTA DIOGENIS.

Dyogenes dictus Cariunis (*forse Cynicus*) fuit sapientior sui temporis, abhominator mundi et negligens eum; nec habebat mansionem aliquam, quiescens in quocumque loco ei nascebat, nec demittebat comedere vel refici quacumque hora famescebat, aut

expediret, sed absque verecundia aliqua sive de nocte sive de die, et habundabat et erat contentus duabus vestibus laneis, et hoc fuit vita sua quousque decessit. Et dixerunt quare non caveret te caninum: respondit quod latro ignorantibus et blandior sapientibus. Et occurrit ei Alexander prius, nec curavit de eo, qui dixit: O Dyogenes, quid est quod me despicis, quia me non videris indigere. Cui respondit Dyogenes, ad quid indigere servo servi mei. Dixit Alexander, quomodo sum servus servi tui? Respondit Dyogenes, ego prevaleo cupiditatibus refrenans et subitiens eas ut mihi serviant; cupiditates autem non serviunt tibi et tu servis eis, quare tu servus es ejus qui mihi servit. Dixit Alexander, si tu quereres a me aliquid quo juvares te contra hunc mundum darem tibi. Respondit Dyogenes, qualiter a te peterem cum sim ditior te, nam modicum quod habeo sufficit mihi magis quam tibi multum quod habes. Et dixit Alexander, quis sublimabit te cum morieris. Respondit, qui volet a se removere cadaveris horrorem et infectionem. Et dixit Dyogenes, non est bonus qui malum abmittit, sed qui bonum facit. Et vidit quemdam juvenem bene moratum, turpis tamen faciey: cui dixit, anime tue bonitas dat multum pulcritudinis faciey tue. Et interrogavit, que est hora comedendi; Respondit, habenti cum appetitum habuerit, et non habenti cum habere poterit. Et interrogaverunt, qui sunt amici: respondit quorum una est anima in diversis corporibus. Et vidit quemdam conhabere cum quadam, et dixit modica quies multum laboris indicit. Et interrogaverunt a quibus debet caveri; respondit, ab invidia amici et fraudibus inimici. Et interrogaverunt quare omnes abhominaris homines; respondit, abhorreo malos propter eorum malam vitam, et abhorreo bonos quia vivunt cum malis. Et vidit quemdam subleticare filiam, cui dixit, bonum generum suscepisti. Et dixit quo-dadmodum corpus apparet majus tempore nebuloso sic error apparet major in corpore irascentis. Et vidit quemdam peditem insequi latronem, et dixit, miror qualiter publicus privatum sequitur. Et dixerunt quidam ad quid non emis domum in qua quiescas; respondit, quiesco ideo quia domo careo. Et vidit quamdam pulcram mulierem, et dixit, modicum boni et plurimum mali. Et dixit Alexandri, non apretieris te, rex, ob tuam plictitudinem *pulcritudinem?)* nec propter pulcrum vestimentum, nec ob tuum pulcrum equitare, sed equeris apretiari te propter tuam bonitatem et liberalitatem que in te consistunt. Et dixit, quin reputaveris pro malo quod videris in altero, caveas ne simile in te consistat. Et dixit, cum videris canem dimittere domum vel dominum fere cum lapidibus quia relinquit te sicut illum. Cui dixerunt illi, quare comedis in platea: respondit, quod in platea famesco. Et vidit quamdam orantem Deum quod concederet sibi sanitatem et sapientiam, cui dixit: non ores propter ea, sed conare addiscendum potius. Et dixit, in qualibet virtute humana est utile magis consequi nisi in locutione. Et dixit, comendare aliquem super eo quo caret inhonestum est et turpe. Et vidit quemdam formosum facie tam ignarum,

et dixit: o quam bona domus et malus hospes. Et vidit quemdam nescium stantem super lapidem, et dixit, lapis super lapidem. Et consueverat dehonestare scientias odientes. Et quodam die ascendens in altum clamavit: o vos omnes convenite ; et convenientibus dixit , non vos voco vero homines. Et interrogaverunt quid sunt divitie , respondit abstinere a cupiditatibus. Et quesierunt , qui est amatorium: respondit,infirmitas hominis que exititit in exclusione et vagatione a quolibet alio cogitatu. Et infirmitatus est, et visitaverunt eum amici sui, dicentes: non timeas quia hoc adeo est; et dixit propter ea timeo magis mihi. Et vidit quemdam stultum cum anulo auri, et dixit ei magis te dedecorat aurum quam orem. Et dixit, potius eligas abire medicum quam eum ad te venire , quia necesse habes medelam querere donec fueris sanus et fortis, et non cum naturam exuperaverit egritudo venit ad te medicus, et similiter dico de medico anime. Et dixit, quum volueris aliquid corripere non te geras ut ullus homo optans de alio habere medicinam; vero agas ut medicus ipsum curare volens, et cum volueris corripere te ipsum esponas te sicut medico eger exponit. Et interrogaverunt quid agendum est ut homo non irascatur; respondit, recordetur semper quod non est sibi necesse ut semper serviatur, sed quod aliis serviturus est, nec oportet ut jugiter obediatur ei, sed interdum obediat alteri; nec necesse est ut coletur ab aliis semper , vero ut patiatur et ipse : dum hoc fecerit debilitabit ira ipsius. Et vidit alexandrum coram quo stabat versificator quidam laudans eum , et ipse assumens panem cepit comedere : cui dixerunt, quid est quod agis: respondit hoc ago quia melius est agere utilius quam audire mendacia. Et dixit, si bene egeris ad quid te collaudant , non eris melior propter hoc. Et dixit , non loqueris adversus aliquem priusquam audias eloqui de sua , et perceperis comparationem scientie ejus et tue , si receperis quod ille sit te melior taceas, et vites quid addiscere ab eo : quod si melius eo te habueris audacter proferas quod volueris. Et dixit discipulis , si quis dederit vobis bonum cum amore consilium , ei parate cum amore obviam. Et dixerunt ei , quis est qui prevalet magis anime sue; respondit , qui cupiditates sue non vincunt. Et dehonestaverunt quidam delitiosi vitam Diogenis, et respondit si vellem possem bibere vitam vestram, vos tamen si velletis non possetis bibere meam. Et vidit quosdam conantes mulierum optinere amorem ex largitione bonorum vestium et multorum clevodiorum (?) qui dixit eis : vos mulieres instruitis divites amare non maritos. Et dixit, non est thesaurus melior quam sensus sui discretio, nec paupertas improbior quam ignorantia, nec melior amicus quam bonus mos, nec gubernator melior quam fortuna , nec hereditas melior bono documento. Et dixit , infirmitas corporis carcer et tristitia anime. Et dehonestavit eum quidam generosus ob vilitatem sui generis, cui respondit, mea sublimitas a me incipit , tua in te desinit. Et stabat Dyogenes cum uno in silentio, cui dixerunt, quare non loqueris: respondit, virtus boni viri consistit in auribus, alte-

rius non in lingua. Et dixerunt ei, Dabis vult te occidere: respondit si fecerit majus dampnum infert sibi quam mihi. Et dehonestavit eum quidam nec respondit: cui dixerunt, quare non respondis: respondit, non possum magis dehonestare eum quam se ipse dehonestarit, quia dehonestavit eum qui ipse non dehonestavit. Et dixit ei quidam, quomodo turbari faciat inimicum; respondit quod sis valde bonus. Et dixit, si volueris magnificare bonitates tuas in oculis hominum, non reputes eos magnos apud tuos. Et quesierunt, quum cognoscitur amicus: respondit in necessitatibus, quia in gaudio quilibet est amicus. Et dehonestavit eum quidam, nec est indignatus: cui dixit, quare non indignatus es? respondit, iste talis vel est veridicus vel mendax: si veridicus ob veritatem non irascar; si mendax quanto magis deest indignationis causa ex quo nescit quid dicit. Et audivit quemdam multa dicentem: cui dixit: acquiesce tuis auribus, nam propter ea habuisti duas aures et os unum, ut plus audias quam loqueris. Dt dixit Alexander, cum quibus possem consequi bona premia Dei: respondit bona operando. Et transivit per quemdam custodem capientem vectigal cui dixit, custos defers aliquid; respondit sic; et deponit honus in terra in quo nichil inveniens decimarius ille dixit, ubi est quod te ferre dixisti: et discoperiens pectus suum dixit, hoc est quod ferre me dixeram. Et vidit juvenem decorum sapientiam inquirentem, cui dixit: bene agis fili volens decore corporis anime pulcritudinem circumdare.

DICTA SOCRATIS.

Socrates in greco vult dicere justitie observator, natus fuit Athenis, qui reliquit tres masculos, et quia fecere eum contrahere contra consuetudinem suam, scilicet facientes bonos cum bonis contrahere ut genus durabile fieret inter eos. Et contraxit cum creduliora muliere que esset in terra sua, ut tollerantia nescientis ipsius et malorum morum facilius toleraret simplicitates hominum et doctorum, et adeo voluit sapientiam honorare quod sequentes suos impedivit. Non voluit quod scientie scriberentur in cartis ideo quia scientia pura et munda. Ergo conveniens est quod in puris animalibus recondatur non in cartis vilibus vel mortuis pergamenis, et ideo non composuit aliquem librum, ut discipulos libris instruxit, vero in eloquio disciplinabili ipsos voluit esse contentos, et hoc didiscerat a suo magistro Thimeo. Nam cum ipse Socrates tunc puer existens diceret eidem, quare non permittis retondi in libro documenta, que a te audio: respondit et dixit, qualiter eripis pelles viles mortuarum bestiarum, et ingenia nobilia vivorum abhorres, pone quod aliquis tibi in via occurrens de quedam questione tuam scientiam seu tuum consilium requiret, esse bonum ut diceres sibi sustinendum esse quousque domum reverteres et prius de ipsa questione consuluisses libros tuos? Numquam honestius ad mentem intimam recurrere, statimque de facili eumdem dubitantem expedire vitaris. Igitur mente reconde que addiscis non in

cartis; et sic hac semita Socrates incessit. Ipse Socrates ydola prohibuit adorare, illum dicens adorandum qui omnis materie creator extitit, et non adorandum materiam ydolorum, que non fecit ipse creator propter te nec ipsorum formas quas tu ipse forte fecisti. Et ob hoc documentum condempnationem mortis accepit ab xij judicibus Athenarum, qui mandaverunt doxum (*toxicum*) bibere quod opium nominatur. Ex hoc autem multum doluit rex illius patrie, tamen non potuit sententiam revocare, sed mortem ejus fecit aliquandiu prorogare. Navis enim una quam ipse rex cum magis ex senis destinaret ad ydolum vel ydolorum domum certis temporibus consueverat moram protraxerat occasione adversitatem ventorum, et ipse in consuetudine habebat non occidere quemquam quousque navis reverteretur Athenas. Inclusus igitur in carcere visitabatur ab amicis, inter quos unus socius ejus cujus nomen erat Edites dixit ei: navis regis aplicabit forte cras vel prius cras, et nos interim quod tu perieris dare volumus pecuniam custodibus tuis ut te secrete cras summa nave dimittat. Tu autem Romam pergens ibidem commorans Athenis regis quod potentiam amplius non timebis. Qui respondit, quod habeo non valent quadringenteos argenteos; cui dixit Edites: bene scio te non posse habere quod petunt, sed nos satis habemus pro te, et cum magno desiderio satisfatiemus custodibus ut evadis. Quibus Socrates respondit, hec civitas a qua ista patior est locus mee generationis et facit mihi hoc quod non mereor sed quia confundo opera injusta sicut non credere in Deum verum et adorare ydola vana et propter hoc me occidunt. Si ergo ista mee generationis gens me ita propter veritatem sequitur, hoc idem facerent quocumque ivero, quia numquam obmittam veritatem tueri et opponere me mendaciis, et rationi minus miserebuntur mei quam isti qui sunt de terra mea. Cui dixit Euclito, memoreris filiorum tuorum et uxoris quam malum erit in mortem tui eis: respondit, melius hic quam Rome, nam hic fruuntur ut spero mei auxilio et tutela. Et adveniente tertia die venerunt mane sui discipuli sicut erat moris eorum, et invenerunt quod fuerant illic xij judices, qui jam solverant eum a compedibus, et stantes dicti discipuli tum interrogaverunt eum super quibusdam anime dubiis, cum quo loquuti sunt diu donec complevit sermonem suum ita pulcre sicut consueverat tempore majorum alacritatis quam numquam consuevisset esse, illi non multum mirabantur tantam in homine constantiam qualiter ipse mortem sperneret. Et dixit Symon unus ex discipulis suis: Inquirere a te documenta in hoc statu posito est nobis grave nimis; hoc nobis vero abmittere valde est dampnosum cum in terra prius te non dimittas aliquid in sana doctrina summum. Quibus Socrates respondit, non obmittatis quam vultis quia vestra inquisitio mea est alacritas, et locuti sunt deesse anime et pervenerunt finatenus ad ea que scire voluerunt, propter que quesiverunt de statu mundi super motu celi et super compositione elementorum, quibus omnibus respondit exponens multa de divinis. Et prius quam hoc dicit extimo quod jam

prope est hora mortis, volo valneari et dicere orationes nec ullum haberi oporteat laborem prius mortem, et vos tamen abscedite si placet. Tunc ipse intravit quamdam domum et balneavit se et orationes egit, prius hoc exivit vocans filios et uxorem quos castigavit et expedivit se de eis remittens eos; tunc dixit Euclito: quid precipis nobis facere de filiis tuis et uxore, respondit, non aliud quam semper precipere consueveram, scilicet ut bene faciendo erga omnes ut teneri et potestis animas vestras dirigatis ad illum qui vos creavit. Tunc advenit quidam a xij judicibus missus, dicens: o Socrates, bene scis quod non sum ille qui te occido, sed illi judices a quibus mittor et qui precipiunt mihi te occidere, tunc tu scis melior homo qui ad hunc locum pervenerit, ecce medicina bibe eam, patiaris que vitare non potes. Respondit Socrates, facio ut autem es sine culpa, et accipiens bibit eam. Et cum viderunt eum bibere irruperunt ab eis qui adherant amicis magni gemitus et ploratus, qui reprehendens eos dixit, nonne remisi hinc mulieres ut non ipse facerent que vos facitis. Et incipit ambulare, dicens, o Deus miserere mei. Cum vero prius modum pedibus irrigentibus et stupidis jacere cepisset unus de suis pedes pupugit cum una subula, querendo ab ipso Socrate: sentis punctam quam facio tibi in pedibus: respondit, minime. Et invalescente frigore et rigore ut et post pedes quia puntus occupasset pupugit eum similiter et cruribus, interrogando an sentiret punctam qui respondebat se nihil sentire. Post hoc crevit ei rigor frigoris usque ad lacertos et costas, Socrates autem dicebat eis quam frigus semper serius ascendebat, et quod quum perveniret usque ad cor tunc moreretur. Cui dixit Eucliton, o domine, scientie fons et sapientie scaturigo fortis jussu tuo corripe nos: respondit non vos moriens aliter corripiam quem feci vivens. Tum excedens manum accipit manus Euclitonis aplicans eas sue fatiey. Cui dixit Eucliton, domine, precipe mihi quod vis: et ipse responsum non dedit. Post hoc elevans oculos dixit, presento animam meam suo et omnium creatori et in hiis mortuus est. Eucliton autem clausit ei oculos ejus et maxillas constrinxit. Socrates dimisit xij milia inter discipulos et discipulorum discipulos, et ordinavit homines dividendo eos tribus ordinibus, in sacerdotes scilicet, regem et populum; et ordinatio sacerdotum erat super ordinationem regum, et ordinatio regum super ordinationem populi; quod sacerdotes debent rogare Deum pro se rege et populo; populus autem pro se tamen. Et fuit Socrates rubei coloris, competenter magnitudinis, calvus, decorus fatie, expansus humeris, grossorum ossium, modice carnis, oculorum nigrorum, lentarum palpebrarum, multi silentii, membrorum quietorum; quum ambulabat respiciebat terram multe cogitationis; quum loquebatur movebat digitum qui dicitur index. Vixit lxxxij annis, et scribi fecerat in suo sigillo: patientia et credulitas Dei facit hominem vincere; et in suo cingulo scriptum erat, per considerationem et aspectum finis acquiritur salus anime et corporis. Et misit leges quas statuit in oriente et occidente septen-

trione et meridie ita quod non remansit homo in tota illa terra qui non gubernaret se per illas. Et dixit, in quo figas voluntatem tuam sic servare justitiam divinam et servire ei et viti ad obediendum voluntati sue, non cum sacrificio, tamen vero non faciendo injustum, nec jurando sacramento fallaci. Et dixit, sapientia est salus sapientis, cujus qui caruit non potest stare circa Deum. Et dixit, sicut eger evadit ab infirmitate suffragio medicine, ita infidelis liberatur ab infirmitate per legem. Et dixit, ob justitiam assecurantur anime. Et dixit, mirandum est de illo qui obliviscitur ob istum mundum finibilem bona alterius mundi infinibilia. Et cum vidit se cum rege qui eum occidit, dixit ei rex: tu es ille qui deridebas nos prohibens adorare ydola; Socrates respondit, non est bonum Socrati et est bonum regi. Quare est hoc, dixit rex: respondit, quia bonum non est sapienti, quia sapiens propter ea quod Deum cognoscit et novit, quod placet alicujus quod dimittatur a maliciis, nam ex se exsequitur quod cum oportet facere de voluntatibus Dei; et qui non est sapiens indiget eo quod faciat a maliciis divertere, et propter hoc posuerunt ydola fatientes credere illa esse dominos ut timerentur, et ex hoc recederent a malis operibus, quamquam velut mortua, nec obesse valeant nec prodesse. Et dixit, bona anima diligit bonum mandans id fieri, et perversa diligit malum et mandat id fieri. Et dixit, bona anima plantat bonum et fructificatio ejus est salvatio; et anima perversa plantat malum et fructificatio ejus est dampnatio. Et dixit, anima bonorum dolent in operibus malorum, et anime malorum dolent in operibus bonorum. Et dixit, bona anima salvat seipsam et alie salvantur per eam; mala anima perdit seipsam et alie perduntur per eam. Et dixit, bone anime sufficiunt modicum documenti et in altum non multo proficiunt. Et dixit, si taceret ignorans, molestias discordias cogitatus minime patentur. Et dixit rex, qui sunt numquam admittentes tristitiam: ille qui numquam obliviscitur despectionis; qui sit sibi invidus novas habens divitias; qui moratus est diu cum sapiente et non potuit cum eo proficere; dives est qui nititur se pauperem videri, qui nititur ad statum inconvenientem sibi, qui et moratus est cum sapiente semper et non est tale quale ipse. Et dixit, qui instruit malam animam est sicut qui domitat fortem equum, tamen si modicum remittuntur habene fit impotens sui regere. Et dixit, non reputes iram iilius qui contentus est vanitatibus. Et dixit, hominem uti multum amore hominis facit malum lucrari amicum, et elongari ab eis multum facit suam inimicitiam: ergo non acquiescas vel asuescas nec elonga ris ab eis multum. Et dixit, melius est bono qui operatur bonum, et malo pejor qui operatur malum. Et dixit, sensus seu discretio sunt dona Dei, et scientiam acquirit homo per seipsum, et sapiens est medicus legis, et pecunia est infirmitas legis, et cum medicus non potest curare se ipsum qualiter alium curabit. Et dixit, non eris complectus quousque assecuret te inimicus: ergo qualis eris si non assicurabitur de te tuus amicus. Et dixit, cavete ab illis quos corda vestra abhorrent. Et

dixit, non est laudabilis vita nisi duobos, scilicet ei qui scit et loquitur et ei qui audit et intendit. [Et dixit, mundus assimilatur vie habenti cardones incertos extra quos ignorans incedens calcat et ex eis offenditur, et sciens divertit ab eis. Qui diligit mundum laborat in eo, et qui abhorret quiescit securus boni finis cum ab eo recesserit. Et dixit, mundus est ignis accensus, si servatur modicum ad illuminandum evadit a calefactione ipsius; si multum assumit aliquid ad illustrandum cremat eum. Et dixit, qui ponit cogitatum suum in hoc mundo perdit animam, et qui ponit in anima odium odit mundum habere; et qui sequitur mundum, unum duorum incurret, vel invidiam majoris sui vel despectionem minorum. Et dixit, hic mundus est transitus ad alium mundum, ergo qui parat se necessariis singulis hujus transitus assecuratus est non transire per pericula. Et dixit, non impediatis animas vestras in acquisitione mundalium sed sitis sicut aves celi qui cum volant eundo mane non cogitant nisi acquirere escam unius refectionis, et non ultra quam quod sufficit, et sicut bestie silvarum que descendentes a montibus ad querendam escam ventres replent et revertuntur ad cavernas suas. Et dixit, error cognoscitur ex fine malo qui sequitur ex errore: ergo non potes rectum cognoscere usquequo erretur. Et voluit Plato facere item, et dixit Socrati, munias me: qui respondit, dubites de hiis quos cognoscis, et caveas ab hiis quos non cognoscis. Deinde non ambules discalciatus, non de nocte, non juxta plantam ignotam; incedas via trita, licet sit multum longa, nec ostendas devianti errorem, qui instructur a te et erit inimicus. Et dixit, duo sunt laudabilia bona, scilicet lex et sapientia; nam lege cohibemur a peccatis, et sapientia acquirimus voluntates vere bonitatis. Et dixit, qui vult habere quod cupit, cupiat quod habere potest. Et interrogaverunt in quo confert hominibua rex: respondit, non permittit unum alium offendere. Et associavit se diviti cuidam in itinere et advenientibus latronibus dixit dives, malum est mihi si me cognoscant. Et dixit, decet sensatum admittere tempus in hoc mundo in duobus, videlicet autem in eo quod faciat habere gaudium in hoc mundo et in alio, et autem in eo quod faciat bonam famam in isto. Et dixit, hic mundus est delectatio unius hore, et dolor plurium; et alius est modica patientia et longa alacritas. Et dixit, pugna cum cupiditatibus vincentibus animam usquequo vincas eas, sicut est ebrietas et ira; sis hominibus sed eos volueris esse tibi. Et dixit, non ponatis dona vestra nisi in locis propriis, quia plures supplices exibunt non indigentibus et prohibent indigentibus. Et dixit, dic bona de amico tuo cui viso currere, eo quod initium est amoris bene dicere, et initium est odii maledicere. Et dixit, vita absque disciplina non est hominis vita. Et dixit, major rectifficatio est observare homines, opiniones, cupiditates refrenare et malos mores abbolere. Et dixit, qui   animam suam ad tollerandas ignorantias hominis potest esse acceptus propriis et quibus adversis. Et dixit cuidam injurianti sibi, dicendo quod erat vilis generis, ego minus va-

leo propter genus meum sicut tu dicis; et genus tuum propter te. Et dixit, melius in sibi omnia existens est medium. Et dixit, homines in hoc mundo sicut figurentur in foliis libri, cujus aperto uno apparent que sunt in illius facie, et que sunt a parte aperta altera occultantur. Et dixit, qui multum currit, multum cespitat. Et dixit, sensus hominis non dominatur aliis vincentibus ipsum. Et dixit, qui non discernit in tibi bonum et malum est bestia Et dixit, bonus amicus est qui facit amicum divergere versus bonum, et robustus qui aufert dampna, et bona vita est bona acquisitio et moderate expense. Et scripsit regi quum mortuus fuit ejus filius, Deus stabilivit mundum hunc domum tempestatum, et alium mundum domum letitiarum et statuit tempestates hujus mundi occasione renunciationum alterius mundi. Et dixit, nemo reputatur sapiens quousque vincat cupiditates sui cordis. Et dixit, mundus est predicat illis qui remanent propter illos que recedunt. Et dixit, mundus est predicatio unius et predicatio alterius. Et dixit, qui confidit in mundo sciendo qualis est decipitur, et qui suspicatur in eo vere sollicitus est. Et dixit, eventus rerum ad voluntatem hominis facit perdere sensum. Et dedit ei unus ex discipulis suis quoddam, quo recepto statim incepit plorare, et interrogaverunt quare ploras : respondit, quia procuravi amorem perdere ex receptione muneris. Et dixit, patri et matri studeas talis esse quales filios tuos volueris esse tibi. Et dixit, non rideas nec irascaris multum quia isti duo sunt opera fatuitatis. Et dixit, de eo quod verecundamur facere convenit ut verecundemur loqui. Et dixit, pugna cum cupiditatibus iuventutis tue reprimens eas quia iterum est pulcrius vestimentum quo indui possis. Et dixit, cave a delationibus nec fiant de te nec contra te, et licet sint mendacia, quia non omnes cognoscunt veritatem, et singuli habent aures. Et misit Plato significando sibi: interrogo de tribus, ad que si responderis discipulis tuis ero: qui sunt homines quorum magis est miserandum, et propter quid negotia hominis male incedunt, et propter quid recepit homo bonam retributionem a Deo? Respondit, hii quorum miserendum est sunt tres, quorum unus est bonus qui est in regimine mali, est enim iste semper dolorosus super eo quod vidit et audit; est secundus gubernatus per primum quia semper est in labore et tristitia; tertius est liberalis quam oportet petere ab avaro, et quia hec magna est angustia. Et incedunt male negotia hominum cum bonum consilium fuerit in eo qui non auditur, et arma in eo qui non utitur, et divitie in eo qui non expendit. Et bonam retributionem recipit homo a Deo multum placendo sibi in hobediendo plurimum et in cavendo aptans. Et venit tarde Plato ad eum et factus est discipulus ejus quousque finivit vitam suam. Et dixit, despicitis mortem et vivent anime vestre et sequimini justitiam et salvi eritis. Et dixit, quies sapientis in vento veritatis et quies ignorantis est in vento vanitatis. Et dixit, decet sensatum loqui cum ignorante, sicut loquitur medicus cum infirmo. Et dixit, qui querit mundum a dolore non potest excludi; nam si non

habet quod cupit, dolet quod non habet istud; et illo qui est de non perdendo securus dolebit cum perdet illud post obitum suum. Et dixit cuidam discipulo: fili, sufficiet sibi comedere quod famem auferat, bibere quod sitim extingat, inducre quod te cooperiat, et famuleris anime tue, nec habeas per quod decipias alium, sequens bona opera, et disce sapientiam a melioribus qui fuerint tempore tuo, vitans laqueum quod mulieres paraut viris, quia est impeditor et disturbator sapientie et facit assequi malum statu m. Et dixit, querens mundum est vere vite et multi cogitatus. Et dixit, vita hominis in hoc mundo est umbra non habens hominem firmum propter quod mutatur de loco ad locum. Et homo in mundo est perasus in omnibus suis statibus quod non remanet sibi quod lucratur a rebus suis nec suis delecta tionibus datur aliqua perseverantia, et habet jugiter angustias de amicis suis quos perdit in eo. Et dixit, amor mundi hujus facit homines surdos esse ab audienda sapientia, et facit cecitatem visus ut non videat lumina veritatis. Et dixit, amor mundi hujus facit lucrari invidiam et revocat a bene faciendo. Et dixit, iste mundus deserentem absolvit in ostendendo sibi sui mutationem et querentem eum decipit impetrando ei aliquam delectationem domum ad amaritudinem multam intendit. Et dixit, qui vult uti veritate magis magno vitet sibi servire. Et dixit, qui servit alio quam sibi non est liber. Et dixit, nisi snnt eo cujus servis voluntatem vel veritatem non operis nec prout convenit nec incipias aliquod ad bonum finem perducere non possis. Et dixit quidam ad Socratem, qualiter es pauper. Respondit, si scires quid esset paupertas magis de tua paupertate doleres quam de mea. Et dixit, majus mirabile mundi est hominem sensatum dolere. Et dixit, mors est inevitabilis nec abhorret eam nisi qui commisit multam iniquitatem et multam incontinentiam, et est securus de dampnatione sua post mortem ob mala commissa. Et dixit, quam manifesta est bonitas mentis, ea enim fit transeundo de mundo dedecoris ad mundum honoris et a mundo fragili ad mundum perpetuum, et a mundo stultitie et vanitatis ad mundum scientie et rationis, et a mundo fatigationis ad mundum consolationis et quietis. Et dixit, ob mortem desistes a tuis contrariis et occurres bonis tuis similibus. Et dixit, quam levis est mors illi qui certus est ejus quod accidit ei preter eam. Et dixit, qui vivit bona vita bona morte morietur. Et dixit, melior est mors mundi hujus quam vita vituperosa. Et dixit, mors est quies ejus qui servus est cupiditatis, quia quanto magis elongatur vita ipsius tanto autem multiplicantur ipsius cupiditates et sic mors festina est ei detentior quam prolixa. Et dixit, mors est bono et malo, bono pro recipiendis retributionibus, malo ut non amplius excedat in peccatis suis. Et dixit, vita recte judicat in tibi vivos, mors judicet recte in tibi mortuos. Et dixit, qui veretur aliquid necesse habet operari per quod secure ab eo; ergo timens peccatorum penas post mortem, sicut operetur ut vitet periculum. Et dixit, cum volueris aliquid facere videas propter quod fit istud, et si potueris finem

consequi labora ad hoc et sic non desiste. Et dixit, melius est homini quod honoret se diminute quam in honorare se petendo aliquid ei qui pro multo reputet modicum quod concedit, et pro modico reputat ignorare vero in honore putando se aliquid et videret adistere (?) musicam, et ad senem cui dixerit non verecundans in senectute studere, major verecundia est in senectute ignorare. Et dixit ei, quid est istud quod delectabilius est: respondit acquirere scientiam et audire juniores nondum auditos. Et dixit, nobilius quod suum inquirunt est scientia qua dement a malis operibus. Et dixit, melius quod lucratur homo est fidelis amicus. Et audivit quemdam divitem vero dicentem, securior est ex silentio quam ex multiloquio per qui locutiones potest incidi in errorem; respondit, hoc non contingit scienti quod loquitur. Et dixit, comodum tacenti minus est cum malo loquendi, et dampnum loquendi dampno tacendi malus est. Et dixit, sensatus cognoscitur ex multa taciturnitate et ignorans ex multa loquacitate. Et dixit, magnum lucrum esset tacentis quum aliud non esset nisi qui esterna disputatione quanto magis cum per hoc bonam sortem lucretur; qui per se non tacet cogetur per alium tacere et nunquam apreciabitur. Et dixit, qui tacet donec ad loquendum inducatur est melior eo qui loquitur donec tacere jubetur. Et dixit, locutio est in posse hominis donec loquitur et deinde evadit a posse ipsius. Et dixit, qui posse habet non loquendi nisi in loco suo, majus posse habet quam non negotiandi in loco nisi suo. Et dixit, tacere est bonum in plurimis locis similiter et loco. Et dixit, si homo loquitur, cognoscitur si est perfectus aut dimmittus, et si tacet dubitatur qualis. Et dixit, qui vult loqui prius consideret et aspicit suum verbum, quia melius est ipse quam alter. Et dixit uno ex discipulis, si loqueris eloquium tuum vitaris recte pronuntiare aut taceas. Et dixit, qui tacet scrutatur verba aliorum et loquens verba scructantur alii. Et dixit, qui dolet ex eloquio assecuratur quod non sit percussus. Et dixit ei, que est bona acquisitio: respondit, que crescit exponendo ipsam. Et dixit, ebrietas defedat animam et quod pejus est bibere illo quod istud sufficit vel et efficit. Et dixit, bonum consilium ostendit in privo bonum finem rei. Et dixit ei quedam mulier, atende senex quum tua facies turpis est: qui respondit, nisi esset speculum turbidum videretur in te melius mea pulcritudo. Et dixit, qui observat secretum est discretus et qui patefacit est insipiens. Et dixit, oportet hominem occultare secretum sibi commissum, sed gravior est qui occultet quod non sibi secrete committitur. Et dixit, cum tuum secretum cor tuum non continet . . . . . multo melius continetur in cordibus aliorum. Et dixerunt ei, qualiter sensatus prestitit consilium; respondit, quia sui voluntatem veretur, quia suo sensui seu rationi miscetur. Et dixit, si sciret que multum utitur dulcibus comederetur sibi ex comestione acetosorum non tamen utentur comestione ipsorum. Et dixit, qui est bonorum morum est bone vite et secure, et omnes diligunt eum; et qui est malorum morum est male vite et homines fugiunt eum.

Et dixit, fili non confidas mundo quia nunquam solvit (quod) promittit, utcre bonis moribus et diligeris. Et castigavit suos discipulos et dixit, assuescatis esse contenti modico et ex hoc cito cognoscatis meliorationem, et reputetis pro modico modicum si eveniat quia crescere potuit et multiplicari,et acquiratis amicos cum amore, nec unquam eis ostendatis aliquod odii signum. Et interrogaverunt quam discit in sibi veritatem in mendacium nec quam in tibi occulum et aurem. Et dixit cuidam discipulo, fili, non confidas in tempore quia cito deficit confidenti. Et dixit, fili, non decipiaris pulcritudine juventutis tue nec tui corporis salubritate; quia finis salutis in infirmitate est et mors est infirmitatis extremum et non putas evadere infirmitates mundi quia non est sine dolore gaudium, neque absque turbatione claritas, nec requies sine labore, neque congregatio absque vel sine divisione,neque nexus aliquis sine recisione. Et dixit,eventus mundi sunt aliquibus amisio et aliis premunitio. Et dixit, quam mundus facit de inimico equaliter faciet de se inimicum letari. Et dixit ei quidam, locutus sum de te cum tali,qui dixit quod non noscebat te. Respondit quia non noscit me habet defectum mihi, aut ullum efficit defectum ipsum non cognoscere. Et dixit, qui statuit se in loco sibi convenienti de mundi periculis est securus. Et dixit, sensatus est qui exibet se rectifficandum per alium, qui amore mundi se replet animam suam tribus replet eam, sed paupertate quem nunquam vitabit ut ad divitias pertingat, fiducia que nunquam perveniet ad finem, et impedimento sum aliqua expeditione. Et dixit, indigenti castigatione decela secreta nunquam secretum committens. Et dixit libertas est servire homini bono et quanto magis servit ei tanto liberior efficitur. Et dixit, non sequeris cupiditates tuas et quiescas in loco perditi. Et dixit, qui querunt habere amicos experiantur primo in se ipsis an possint repugnare suis cupiditatibus si potuerint bene vivent cum amicis suis. Si non concius eis esset desistere quum in malis suis moribus aggravare eas decet. Et dixit, mulieres sunt laquei parati in quos non incidit nisi aut volens aut incautus. Et dixit, ullum majus est impedimentum quam ignorare ut malum molestius muliere, et vidit mulierem ferentem ignem cui dixit: delato molestior est delatrix. Et vidit quamdam mulierem infirmam et egrotam et dixit: malum cum malo qui estit. Et vidit quamdam mulierem ductam ad immolandum et mulieres alias plorantes post ipsam, et dixit: perditur malum malus tristatur. Et vidit quamdam puellam discentem scribere cui dixit: non multiplices malum cum malo. Et dixit, ignorantia hominibus tribus de causis cognoscitur: In non habendo cogitatum status seu ipsius rectificatione; in non repugnando suis cupiditatibus, et in gubernando se sui ipsius consilio vel consilio sue sortis in eo quod scit et quod nescit. Et dixit discipulis suis, vultis quod ostendam vobis quomodo evadetis ab omni malo, illis respondebimus, et dixit, ob ceterum non obediatis mulieribus; cui dixerunt quid de matre forte bona et honesta vel sorore: respondit sufficit vobis quod dixi omnes in malo sunt similes.

Et dixit, qui vult sapientiam acquirere non exibeat potentiam mulieribus supra se. Et vidit quamdam mulierem sepelientem, cui dixit, mulier est velud ignis cujus incendetur calefactio per appositionem lignorum. Et dixerunt ei quid dicit vel dicis de mulieribus: respondit sunt ipse arbor adella, adella est arbor venenosa pulcrum et bonum aspectum et cum qui deceptus comedit de ea, occidit. Qui respondit, quomodo mulieres vituperas quibus non existentibus tu non esses: respondit, mulier est sicut palma in qua sunt spine qui si corpus intrant hominis vulnerant et nihil omnibus datilos producunt. Cui dixerunt, quare fugis a mulieribus: respondit, quia video eas bona fugere et mala sequi. Et dixit, miser a mulieribus nunquam absolvitur. Et dixit, vidit quamdam clamantem et ignis, cui dixit quid habes tu, et dixit ei, que mulier vis tu aliam quam me, et dixit non verecundaris tu te offerre non petenti, et dixit, bene confortatus es. Et dixerunt ei quales sunt scientie quibus oportet puerum informare: et respondit, ille ex quibus projecti quia ignorantes easdem patiuntur verecundiam. Cui dixerunt quum recepisti aquirere virtutes bonas: respondit quomodo incepi coortare animam meam. Et dixit, cum homo de certum intendit acquisitionem sapientie quod propter hoc spernit omnem vulgi derisionem et despectionem tunc est sapiens. Cui dixerunt, verba que illis dixisti non fuerunt credita: qui respond it, non citro ipsa credita non fuisse sed curarent si non fuissent directa bonus bonus (*sic*) in alacriori statu videtur, est qui videtur bonitates habere propter se, et in secundo statu cum nititur audire illas ab alio, et qui neutro modo citrat de eisdem est vilis. Et dixit cuidam discipulo suo, non sis invidiosus pro eo quod finibile est, sed sis invidiosus pro eo quod perpetuum est et fixum. Et dixit, non scruteris hominum commenta ne ipsi tua exquirent. Et dixit, proponas sensum seu discretionem coram te in omnibus rebus et eris bene munitus ad exequendas eas. Et dixit, non obmittas facere bonum licet non cognoscant homines illud, et dixit nihil; cui dixerunt quanto est turpis facies tua: et dixit non existit in meo posse non habere turpem faciem, igitur ex hoc non debeo culpari illud aut quod in posse meo est istud paro at polio: sed tu quid te est in posse tuo, dehonestat. Et dixit uni de discipulis suis, ordina animam tuam erga tempestates, quia qui in mundo est non est securus aliquo modo non pati eas. Et dixit, sis legalis commitenti se tibi qui de te gerit fiduciam et sis fidelis et eris securus malum vitandi finem. Et dixit facias aliis quod tibi vis fieri, et non facias quod tibi fieri non vis. Et dixit, per experientiam homo corrigitur et propter mundi transmutationem predicatur. Et dixit, liberalis est qui bone fame delectationem plus appetit quam pecunie. Et dixit, (1) patientia est forte castrum et festinancia penitentiam aducit et honor est fructus virtutis. Et dixit, propter veritatem et legalitatem honorabunt te amici tui, et propter obmittendum quod non proficit complebi-

(1) Ripetuta antecedentemente in Solone.

tur tua bonitas. Et dixit, sufficit homini scire que intuentur de contingentibus mundo et per id die qualibet vel quolibet potest habere novam scientiam. Et dixit, qui bona querit hominibus est honorandus, et qui mala periclitatur et custodia non proficit injurianti justus aut securus est. Et dixit, qui aspicit se ipsum lucratur et qui se negligit perdit, et qui patiens est consequitur bonum et non penitebit, et qui tacet se ipsum salvat. Et dixit, habere modicum et sufficere est honor, habere autem multum et non sufficere est dedecus. Satietas sensati est requies et ignorantis labor. Et dixit, cum ignoraveris exquire, et cum erraveris corrige, et cum male feceris, peniteas, et cum penitu eris non reincidas, et cum acta bona perageris occultes, et cum ea non feceris bonam excusationem exhibe. Et dixit, qui bene agenti bonam retributionem impendit debitum convenienter compensat. Et dixit, non associeris non cognoscenti te nam cum tali non potes bonam ducere vitam. Et dixit, qui non gratificat bona collata non in bonis propriis incrementum et qui redarguit se ipsum assecuratur de redargutione alterius. Et dixit, compositus est qui moderatur suam vitam et habet verbi sui custodiam. Et dixit, non prodest te veritatem credere cujuscumque ducis quia veritas in se nobile quid, in ea sua nobilitate suum nobilitat referentem. Et dixit defectivus non potest sui ipsius percipere defectum, et si percipet excessum alterius comparationem sui dolorem haberet. Et dixit, quod facit excusari est melius divitiis dedecora inducentibus Et dixit, cuidam qui fugiebat de bello devictus, male facis fugiens mortem et venias ad ignominiosam vitam. Et dixit, quando extraherunt eum de carcere ut occideretur, videns uxorem suam plorantem, cur plores: qui dicit, quomodo plorare non debeo cum videam te contra rationem occidi: et dixit Socrates, velles magis quod secundum justitiam me occiderent quam contra. Et dixit, miseri excludatis miseriam vestram a morta scientia mea. Et dixit, qui errat veritate incognita quam in se veritate utitur quatenus indulgendum eidem, sed errari veritate cognita indulgeri non debet. Et dixit, vinum et sapientia non possunt in eodem existere cum contraria sint. Et dixit, egestas sensato est castrum in quo se tuetur ex turpibus et justitie est incessus per ea. Et dixit, blandimini seu compescite iram silentio. Et dixit, qui perduntur a nescio non recuperantur et quod habet sapiens quocumque vivit sapiens secum est, et vituperavit eum ignorans. Cui dixit unum ex sociis concedit mihi licentiam ut te maledicerem, et respondit, sapiens non est qui male operandi exhibeat licentiam. Et dixit, justitia roborantur singula et incontinentia infirmantur. Et dixit, quicquid facias certe quod occultari non potest, quia licet lateat istud modico tempore postmodum est scitum et bona fama est servus melior, nam consumitur, fama durat. Sapientia non est opulenta que me perditur nec dimittitur. Et dixit, cave ab ebrietate quia sensus mero occuppatus similatur equo prostrati assessionem et deinde liberus evaganti Et dixit, vide si quid super tuis factis consulas cum i-

pse se gubernet in suis, nam si male in suis se habet quo in tuis bene cum te minus apretietur quam se ipsum. Et dixit, cave adversu leges populo utiles incedere. Et dixit, male aquisitis divitiis eligibilior est paupertas. Et dixit, homo sine scientia est provincia absque rege. Et dixit, decet regem ad sua suscipere servitia quod priusquam regat bonum et fidelem cognovit. Et dixit, reputat omnes homines equaliter amicos habere non. Et dixit, distinctius commutantur omnia mea (?) Deo nihil penitus excludetis. Et dixit non perimpendas peccata tua nec ab hoc addas in eis. Item opera tua bona non magnifices quia adhuc melioribus indigebis. Et dixit discipulis suis, cavete a mundo ipsum statuentes vobis velud cardonem super quod calcare non opportet. Et dixit, sicut utentes sensibus corporalibus irasci desinunt in presentia regis, eodem modo utentibus spiritualibus sensibus irasci desinunt coram et presentia Dei, qui ubique in occulis hominum presens est semper. Et conduxerit quemdam qui vituperaret Socratem et ille accedens ad eum injuratus, est ei cum dixit, si scis invenire alium modum qua de me lucrari possis licet facias in casa a (?). Cujusdam facta fuit alteri major reverentia quam Socrati, qui dixit nunquam invides illi meritum a te honoratum Et respondit dolerem si servus esset inferior eo non alit. Et dixit, et sapientia et bona fama non alibi reperiuntur quam in bonis, meliores ergo sunt quam divitie que sepe inveniuntur in fatuis et vilibus personis. Et dixit, cogat anima tua bene agere et corpus faveat ei. Et dixit, quid recondis in anima tua non ostendas cuilibet quia sedum est sensus in domibus recondere, secreta vero cordium quibuslibet non aperire. Et dixit quidam de Socrate quam vidit humilissimo vestitum: est ne hic Socrates conditor legum Atheniensum: Cui respondit, non sit in vestitu lex veridica sed in scientia et virtute. Et dixit discipulis suis, despiciatis mortem et similiter mortem timentes. Et dixit: Sapientia in tibi est ut sciant de sua anima quare est bona.

DICTA PLATONIS.

Plato interpretatur complectus, qui fuit de bono genere grecorum, scilicet de progenie Esculapii, cujus mater fuit de genere zaloris (*for. Solonis*) legum conditoris et cepit primo discere artem poeticam placens ei, quod discebat in ea non recedens a Socrate prius quam audiret eum lj. annis. Et obeunte Socrate intellexit quod in Egipto erant quidam Pithagore discipuli ad quos accessit, et proficiens cum eis, rediit Athenas ubi statuit duas scolas in scientia, ducens laudabiliorem vitam que possibilis est in faciendis bonis operibus et favendis egenis. Atheniensibus ipsum invitantibus ad dominationem sic dominari non voluit, quia reperit mores ipsorum male ordinatos nec confidebat eosdem mores posse de facili permutari, quia sicud de Socrate factum jam fuerat sibi mortis periculum imminere, vixit lx et uno annis et fuit bone dispositionis, bonorum morum, collator bonorum consanguineis in extraneis et multe patien-

tie, et multos habuit discipulos post cujus mortem superfuerunt ejus scolas duo. Unus dicebatur Cazenates et alter Anies. Et ostendit scientiam suam per algoricam *(allegoriam)* occultans eam ut ipsa non intelligeret nisi sapiens. Didiscit a Thimoteo et a Socrate assumens ab eis plures oppiniones et quibus composuit lvj. libros. Fuit dimissi coloris, pulcre forme, bone dispositionis, formosorum oculorum, in barba habens signum unum. Fuit subtilium verborum, diligens semper se credere in desertum, et ut non sua quam aliquotiens exaltabat, locum ejus non patefacet, qui duo miliaria in terra desertum erat inhabitans et predicavit hominibus Dixit, gratias agite domino Deo propter bona et misericordiam suam et quia omnibus benefacit equaliter, ita ut nec potentes suam potentiam salutem magis quam debiles consecantur, propter sensus quos omnes habent ab eo; non cogitetis in eo quod necesse non est, sed in eo quod convenit; quid enim confert nobis aurum et argentum et cujus proprietatis fuit quare ea diligitis. Deus ordinavit quod nobis sufficiat in isto mundo et in alio et illud est sapientia et timor ipsius qui sunt claves bonitatis, propter quod lucrari obmittetis quod est in tibi, efficit odium et inimicitiam, si non sciretis quam vile est quam apretiari potius odiretis. Sequimini delectationem que provenit ex proprietate forme et non sequimini multum comestiones et potationes que sunt a proprietate materie. Conemini forma assimilari et non materia que fora proficitur, et bene dixit Omerus materiam atribui femine et formam mare Rectifficate animas vestras et rectifficare alias. Studete quod si non feceritis dampnificabitis vosmetipsos. Dico vobis in veritate quod ylaris existo eo quod aurum et argentum abhorrui, majorem habeo nunc delectationem quam habebam quum aggregabam divitias, quia tunc augmentabantur mei cogitatus et nunc mea crescit alacritas in sapiendia acquirendo, et signum quod in auro et argentum non sit bonum, aliquis est quod invenimus aliquas terrarum modicum eris ebosei *(sic)* cum pro auro multo et alicubi pro ere traebatur aut intro aut aliis rebus quod si esset bonum per se aurum diligeretur ubilibet, sed sapientia diligitur et laudatur ubique terrarum. Et dixit, inquirite animarum virtutes et salvi eritis non laudantes vituperancia, nec laudanda vituperantes. Nitamini non esse abhominabiles nec conemini acquirere quod cito perdetis. Sequimini bonos predecessores vestros, ornetis vos in continentia et castitate vestra et felices eritis et laudabuntur acta vestra. Et dixit, consuetudo prevalet omnibus rebus. Et dixit, mali mores dampnant et inficiunt opera, sicut altes inficit nonnulla. Et dixit, non decet sapientem advertere super eo quod perdidit, sed residua conservare. Et dixit, qui bene facit amicis suis cum potest, non deserunt eum cum indigebit eisdem. Et dixit, bonitas sapientie seu scientie est quam non potest serviri per alium sicut in aliis rebus serviri potest, nec potest aliquis privari eodem sicud aliis rebus. Et dixerunt ei, per quem cognoscitur sapiens quod sit sapiens? quod non irascitur dum sibi (non) injuriantur, nec quum laudatur exaltat. Et dixerunt per quid

judicatur quis ab inimicis suis, respondit per incrementa bonitatis proprie. Et dixit, aspiciunt homines ad oculi cecitatem et proinde dolent, nec de anime cecitate turbantur sensibus, cum quo dirigatis vitas vestras, et conemini legem observare qua sit creator vester contentus. Et vidit quemdam juvenem amittentem bona paterna que hereditaverat patre, qui dixit terra devorat homines et devoravit eam. Et dixerunt ei, quare non combinentur scientia et thesaurus: respondit: quia ex eisdem stare non potest. Et dixit qui confidit in sua fortuna nec est sollicitus ad proficienda bona, retrocedit ab eis, sicut retrocedit sagitta resiliens a lapide quod percussit. Et dixit, qui instituit alios in bonis que non operatur est sicut aliquis cum candela alios illuminans et non se. Et dixit, qui non molestatur adulari populo nec in collaudandis malis moribus ipsorum magis eorum gubernator censetur. Et dixit, non est rex qui regnat in servis sed in liberis, nec dives qui censum cumulat sed qui in propriis serviciis ipsum laudabiliter expendit. Et interrogaverunt eum, quid opporteat agere aliquod, ut aliquo non indigeat: respondit si dives fuerit, moderate vivat; si pauper, in labore persistat. Et interrogaverunt quanto censu debet esse homo contentus: respondit tantum lucretur quod non expediat adulari alicui, nec defectum habeat ejus quod necessum est sibi. Et dixit discipulis tuis: cum scidere cessaveritis spaciemini in bonis operibus ysorii.(?) Et dixit, decet sensatum non concupiscere amici divitias nec non despiciat eum, sed sibi adequari desideret. Et dixit, non spernas modicum bonum si quod facere poteris, quia modicum multum erit Et dixit, meditari regem in se ipso die uno est decentius quam uno tripudiari. Et dixit, operari per scientîam est recognoscere et distinguere eas, et agere per ignorantiam est conculcare eas et subdubiende *(sic)* relinquere, et agere per veritatem est statuere per loca sua, et procedere per mendacium est non ordinare eas per loca sua. Et quesitus est qualiter ad tantam scientiam pervenisset: respondit: plus olei in crutibulo *(?forse lucernula)* quam vini in cipho assumpsi. Et dixit, oportet quod convenit aliquem puerum quod cedas ei quod possit cedari ejus error, alioquin malignabitur. Et interrogatus quis expediat ad villam, respondit: quod gubernat bene se ipsum. Et interrogatus quis meretur potius nomine sapienti s: Respondit: qui magis consultat et qui magis dubitat. Et dixit, vasa aurea probantur per sonos quos reddunt in sua percussione cum experiuntur utrum sint solida vel tuminata, eodem modo aprobari debent homines eloquiis suis quibus cognoscitur sensus et prudentia Et dixerunt quis est plus ignorans in factis suis: respondit qui magis innititur consilio suo et qui nunquam obedit sibi, et qui propter defectum suspitionis ad res se audacter exponit Et dixit, sapiens qui liberalis est anime dominus est nature, et sapiens qui non est anime liberalis nature servus existit. Et dixerunt ei, quis est salvus a turpibus operibus. Respondit: qui ponit sensum suum pro fideli et predicationem suam pro ventum et patientiam suam exclusorem, et ejus ti-

morem suam progeniem, et loqui de morte suum spaciatorem. Et dixerunt ei, quis facit majorem injustitiam sibi: respondit, qui humiliat cui non decet et qui gratifficat sibi laudes ab ignoto Et dixit, ignorantes judicant formosum et turpem prout exterius sensus discernunt et exterius non discernunt securius nisi membrorum superficialem pulcritudinem, pulcritudinem non forme non distinguit nisi securius interior qui ratio dicitur. Et dixit: querens propria semita sapientiam reperit eum et plures errantes in ea non errant nisi quia non propria semita perquirunt eam et per illam viam non perveniendo ad eam; vero dampnant eam dicendo eam mendacem. Et dixit, qui ignorat formam sapientie non cognoscit se ipsum et se non cognoscens est omnibus ignorantibus magis ignorans. Et dixit, qui novit quod sit ignorans est sapiens et ignorans est qui nescit quod sit ignorans, et ira est horror adducens prius se dedecus. Et dixit, rex est velud magnus fluvius nascens de parvis aquis, unus si dulcis est, dulces sunt omnes pariter, et si salsus, omnes erunt salsi. Et dixit, si vis durabilem tibi esse rei sapporem non perveneres ad extremum rei sapporosam, sed aliud obmittas ex ea residum. Et dixit, caveas in prelio nec confidas in tua fortitudine solum et negligas rationabilem sensum, quia alteri sensuus sufficit itaque non expediat fortitudo; fortitudo autem a naturali sensu excusari non potest. Et dixit eloquium sine opere est velud inundatio fluminis submergens in se homines absque profitum sui. Et dixit, mali moris est hominem suspiciosum esse, quia propter eum male vivet. Et dixit, nullarum delectationum hujusmodi fruatis quousque in tibi sensum et rationem seu intellectum de predictis concordes, ita quod non adversantur sibi ad invicem, quia concordatis predictis in unum tunc cognosces pulchritudinem et turpe qualiter diserunt. Et dixit, non commendes aliquid magis licito quia res ostendit quam commendationis meretur et redundabit in tui defectum. Et dixit, finis indignationis est erubescere de se ipso. Et interrogaverunt eum quo modo sapiens maxime molestatur, quum cogitur ignorantes in timorem habere. Et dixit, in quocumque videris discretionem perfectam esse certe scias in illo cupiditates fore debiles et infirmas. Et dixit, debilitas anime cognoscitur quia homini de loco inexcogitato provenit bonum, et malum de loco de quo non suspicatur. Et dixit, rem non despicias modicam quia poterit incrementa habere. Et dixit, non arguas hominem dum est iratus quia tunc eum rectificare non poteris. Et dixit, non associes duos domi quorum alter alterum superare intendit. Et dixit, non leteris de casu alterius quia ignoras quamlibet contra te tempora revolvantur. Et dixit, statue sensum tuum a dextris et veritatem a sinistris et eris salvus et liber Et dixit, nunquam doluit anima nisi tribus de causis, scilicet de divite qui devenit ad paupertatem, et de honorabili qui despectionem incurrat, et de sapiente quod ignorans derisit Et dixit, non associes te malis quia reputant tibi bene facere, quia recedit ab eis. Et dixit, quum regnum in melius cupiditates famulantur sensum

et quum egrario incedit servus cupiditatibus famulatur. Et dixit, bonus plus est uno bono verbo contentus quam si sibi stipendia multa darentur. Et dixit, omnia beneficia bono collata retributionem expetunt et impensa vili ad plura petendum inducunt. Et dixit, mali secuntur malitias hominum et proprias illigunt bonitates sicut musca qui infecta et corrupta deposcit et sana obmittitur. Et dixit, oportet sensatum in sui semper sensu consistere, velut qui in mane vehitur, cujus corpus si mortem evadet nihilominus cor timere non eximitur. Et dixit, qui de se non sospitatur plusquam sic tuetur quod facit et quod novit cogitas in suo contrario esse errorem. Et dixit, sapientem decet se non exaltare supra ignorantem sed humiliet seei in quam deo ipsum exultari voluit supra eo, et quod conetur suo posse retrahere ipsum de dubio ad veritatem. Quare parvo resistere est crudelitas et gubernare eum suaviter est industria. Et dixit, unus ex sapientibus aspicit ignorantem, sicut respuit infantem cum quo pie agendum est adque laborem subveniendum pro rectificando eumdem. Et dixit, non satis fides homini volenti quousque duorum inimicorum amicus. Et dixit, duo disputatores veritatem inquirentes non habent bene se odiant quod ipsorum questio est ad idem, et si alter alterum intuere intendat odii causam ex hoc habere potuit eo quod eorum quilibet conatur ad alterum ad suum velle conducere. Et dixit, cum que si petiveris alicui aliquem et non concesserit tibi illud de te qui petivisti, erubescas potuis quam de qui non concessit. Et dixit, intende acquirere sensum et sapientiam et dominaberis omnibus, cognoscent in te alij speciales melius per ea que scis, alij vero generales seu communes melius per ea que habes. Et dixit, non potest bene gubernare multos qui unicam suam animam gubernare non potest. Et dixit, aspice te a deceptionibus absolventem et si oblivisci ceperit de hominibus, non recipias deceptoris absolutionem ab eo. Et dixit, oportet sensatum ut quod petere habet petat suaviter et plane et modicis verbis. Et dixit, debilem animam tedet leviter ejus quam diligit. Et dixit, vita anime constat ex bonis suis operibus tuentibus eam a morte, quia mortem non patitur ipsa nisi ex malis operibus, nec aliquis potest eam occidere sicud corpus occidunt cum sit sublimior et nobilior eo. Et hec sunt castigationes Platonis. Deum cognosce et timeas, et intende ad faciendum bonum et ad ostendendum alijs bonis magis quam in tuis cotidianis necessariis vel necessitatibus. Non petas deo quod non est utile semper, sed petas bonum durabile tecum semper, scias quodesse malorum sunt multiplices; non diligas bonam vitam solummodo sed diligas bonam mortem principalius. Et dixit, felicius (?) est qui sui finis immemor est a sua malicia non divertens; non statues tua lucra in rebus existentibus extra te; non expectes merentibus bene facere quousque exquirant illud sed eis bene facias cito ipse; non est sapiens qui in aliquibus rebus mundanis letatur et qui desperat in adversibus suis. Vilitas humani sensus in multiloquio cognoscitur eorum qui non conferunt in relatio-

ne morum. Cogita pluries, demum loque et fac. Res de facili permutantur, nec irascaris subito, quia si facere assueveris dominantur contra te. Si concepisti aliquid dare indigenti, noli crastinare, quod quam de te contingere debeat ignoras. Delatum admodum nisi mala opera eam deferant, nec sis sapiens dicto solum sed facto, et quia tamen sapientia liberalis parit in mundo isto, et sapientia facti utilis est in mundo eterno, quia bene operatur licet taceat ipsum pro nobili reputat dominus. Et corpus prohibeamus nos a multitudine malorum ob salutem animarum nostrarum. Et dixit, nobilitati sui generis anime sue nobilitatem adequat. Ille concessetur bonus qui non nobilitatem anime despicit solum paterna contentus, vituperatur proinde quolibet majoritatem temeris. Et dixit, non emas servum multe cupiditatis, qui incontinenti alium appetit bonum dominum, nec forti ire quia vilipendet tuum dominium, nec magni servus quia contra te fraudem committit. Non exultes propter valorem quo extendis tibi similes, quare licet statum meliorationis absorbet. Et dixit, si regi magis existis aliis fidelis extiteris, let stipendia tua aliis sint equalia non doleas quia tua durabilia erunt illorum aut non. Et dixit, si aliquis invidet tibi ob bonitatem tuam nitens postea obesse tibi deferendo te. Non respondeas sibi modo quo meruerit, ut ipsam non inveniat rationabilem, per quam tibi mala procuret qui non deficit satagenti. Et dixit, non est recti opus in temporibus diversis, deinde tamen vitaris esse opera juxta qualitatem temporis in quo eris, non derogando propterea fidei, nec bonis operibus sive moribus, quod si hoc facere nequiveris ab eis desistas, alioquin magis perdes in anime tue offensa quam in opere ipso acquiras. Et dixit, blandiaris hominibus tempore tui dominii, quia cum hoc prevalebis illorum cordibus, quia a te declinare cernuntur. Et dixit, non acedas ad aliquam juxta statum et conditionem in quo qua tempus permisit, sed prout in veritate se habet accedas, quia ille est status et conditio naturalis. Et dixit, non potest quisquam cum amico suo conservare amorem, nisi qui est suavium morum, amicos sustinere valens errantes. Et dixit, convenit sapienti eligere homines ad sua beneficia sicut ipsi eligunt bonas terras ad implatum *(sic)* ipsorum. Et dixit, cum servieris alicui domino noli equalis fieri sibi nisi in fide et sensu in patientia, in aliis non nequaquam. Caveas ne te aspiciat sibi equalem in statu aut vestitu aut in suis deliciis. Et dixit, si volueris scire naturam alicujus super amico consules eum et ex hoc cognosces suam iniquitatem vel equitatem, et suam bonitatem vel malitiam. Et dixit, non indiget ingenio nisi carens magni eo quod potest. Et dixit, bonus gratificat de bonis receptis, juxta possibilitatem conferentis et satisfactionem recipientis; vilis vero non gratificat nisi juxta qualitatem collatorum. Et dixit, cum homines murmurabunt tuas virtutes malitias tuas accende in te ipso latentes; confide magis in eo quod in te ipso conspicis, quam in eo quod homines dicunt. Et dixit, cum litigaveris cum inimico, non hobedias via magis tibi inimica quam sibi. Et dixit, cum posse habebis vites iram

quod non permittit rei respicere finem ; vero nitaris eos qui vexantur injuste tueri et infortunatis prodesse , et cum exaltabitur status tuus intue satisfacere hominibus , quia istud est validius quam castra et arma que haberi potuerint forciora. Et dixit, adversarium tuum contra te machinantem nitaris ad equitatem reducere potius quam procurare mendacium,nam mendacia est ubique dampnosa et perseverans equitas utilis utrique.Et dixit,bonitas patientie assimilatur arbori qui fructus tarde producit et juxta temporis diuturnitatem corrumpitur.Et dixit, reduc homines ad equitatem alioquin eris in labore et pugna cum eis.Et dixit, avarus est grate receptionis et immense detentionis et magne tollerancie, et hoc reputat,vel deputat loco beneficii et aliquis eorum magnanimus reputat unum melius altero,nam apreciatur plus potius bene recipere et non dare: quam male cum recipere Et dixit,debilior in tibi hominum qui impotens est celare secretum suum,et robustior est qui potest vincere iracundiam, et patientior est qui suam scit abscondere paupertatem, et temperancior est cui sufficit quod habet. Et dixit , non te cogat cupiditas adulari hominibus quia perdis de beneficiis anime magis eo quod lucraberis cum eisdem. Et dixit , cum declaratur tempus virtutes respiciuntur et vitia, et vilitates commendantur et pretio habentur et terror divitis magis existit. Et dixit, liberalis aurum deridet in obitu ipsius et avarus deridet liberalem in paupertate ipsius. Et dixit: ira, cupiditas et alii affectus habent in se quantitatem quamdam qua mundus dirigitur et gubernatur hominum status in quo consistunt, qua quantitate excedente provenit nocumentum; nam ira assimilatur sali quo cis baria condiuntur, quod si fuerit decentis et moderate quantitati-cibaria apte parantur; si vero magis, cibaria vel cibarium devastatur, et similiter se habet in virtutibus. Et dixit, decet regem satisfacere de super stipendiis stipendiariis sibi servientibus alioquin societas sua despiciet eum et dominium suum. Et dixit, obedias benefacientibus et aliquid concedentibus tibi, et tuos dominos tales stabiliens quia hii sunt domini tui. Et dixit, oportet dominum se cedere cum populo et non familiariter conversari cum eis, alioquin despicietur; cum de natura populorum sit despicere se invicem et conversantes cum eis, bene quemlibet conversantem unum et idem reputant sibi ipsis. Et dixit, quando pater nec instrui studet nec instruit artem, vel scientiam, quibus ad lucratur seu profficit, filius iste non tenetur necessitatibus respondere paternis. Et dixit , non feras coram rege immutatum sermonem aliter quam fuerit prolatum ab eo , nec ornes eum in amico , ne forte quod mentiaris ei habeat te suspiensum. Et dixit , cum in utile regni processeris magis alio tibi equali propter ea quod est mens agas , et superbire non debes ad compescendum animam tuam ab invidia, et acquirendum hominum corda, ut ipsorum fruaris amore. Et dixit , ad vituperandum istud quod laudasti non redeas , vero sustineas conans aplaudere quid ex eo quod precepisti , vero quod predixisti videris obligatus eidem. Et dixit, patitur Deus iniquum

donec iverit contra statuta legis, que cum excesserit, opponit se sibi et destruit eum. Et dixit, consilium non petes a senibus quibuscumque, sed ab illis quos intellexeris expertos fuisse multorum, inexpertos vero aliquatenus non consultes. Et dixit, bonus rex ille censsetur cujus claret in vita fama laudabilis et doctum post obitum sermocinatur virtutibus. Et dixit, premunias te semper cibo necessario pro itinere et quod eodem die expediat mente conjecta. Et dixit, non judices priusquam utrosque audias contendentes; esse in vacatione non placeat, nec de bona tua fortuna confidas, nec penitet de bonis tuis operibus. Et dixit, male divitie periculose sunt domino, et eo maxime sunt malorum periculi qua ipsarum superfluitas excedit conditionem habentes, nam assimilantur cibo stomachi exuperanti virtutem qui impedit (tibi) debilitat comedentem. Et dixit, cum volumus super amico tibi consulere, que accidere possunt, membra singula sint partes consilii tue circuspectioni presentis, quia habet se consilium loco verbi, membra vero et distinctiones loco humanarum, qua defficere acta aut habebitur in tempus. Et dixit, nos vivimus naturali vita et vitam consequimur intellectualem: igitur in vitam naturalem non nisi propter intellectualem appetitur; naturali indulgeamus virtuti non amplius quam expediat propter illam. Et dixit, occulus amantis cecus in amando censsetur. Et dixit, propter bene operari laborem sustineas, et propter mala que non commiseris non tristeris. Et dixit, deliciosus ad ea que sibi conferunt oblectamenta accedit priusquam intueatur, si bene operatur aut male. Et dixit, maxime partus est qui non concedit id quod aliis satisfaciat, et si vi defectum non facit. Et dixit, rectificare non conaberis valde corruptum, quia plusquam eum rectifices corrumperis. Et dixit, boni moventur facilius ut bona indulgeant quam mala impendant et magis quam pro malis ad recompensandum pro bonis; mali vero in contrarium operantur. Et dixit, quando cum docto loqueris non prolongas sermonem, et quando cum minus docto loqueris proroges, quia ex fine verborum quod non exprimis apprehendit. Et dixit, non proficit in scientia qui furtive vult ipsam vel eam acquirere, quia hec vilitas posse nisi in perversa anima esse non potest, in qua nec acrescentiam nec fructum .producit. Et dixit, quando docebis discipulum quod non leviter distat que ostendes procura ut non sine labore concipiat, vero ut coget hiis que docueris statues loqui obscurius, ut cum videris eum tenere et patentem quod clausum est apte ostendas. Et dixit, quando expediet tibi consulere aliquem super amico emerge te negotio primo juvenem curas consulere, demum senem consultes. Et dixit, consilium eque sapientis ut tu melius es tibi quam tuum, quia tua voluntas, que te a bono consilio retrahit eligendo in alio non existat. Et dixit, non tuearis illum qui perite defendi intendit in eo quod tua bonitas minuatur. Et dixit, modicum non reputes unum inimicum habere, quia malum malus quod cogites tibi poterit oriri ab eo. Et dixit, res que est contra naturam vires habet suo initio fortiores, et res na-

turalis in finem. Et dixit, rectum est benefacere et ab hoc indirecte frui ex facile, et difficile recto, et hoc est simile emissione sagitte, que ut recte dirigatur ad signum lomgius expendit usus, et e contrario non est opus usu ut erretur vel dumtaxat ab eo. Et dixit, non est conveniens pravorum dominium quod licet bonum videatur aliquo tempore ad malum tamen deveniat finem. Et dixit, majus detrimentum quod regnum habere potest est propter elatos corde, qui habentes meliorem quam meruerunt statum alios se meliores despiciunt, et tali modo ordinatio regni perutitur et turbatur. Expedit ergo domino quod statuet et ordinet quemlibet modo et loco suo ut meruerit, velud medicus operatur equalitatem et moderantiam humorum cordis investigare, et servare nititur qua durante salus egri perducet. Et dixit, sensius est honorabilior voluntate, quia sensus temporis nititur stabilire se servum. Et dixit, magni cordis est qui non concipit ex paupertate gravamen. Et dixit, salvus est qui regibus in fidelitate et cum pietate populo servit, nec status in quo est decipit eum, nec propter malum desperat aliquatenus quo gravatur. Et dixit, consules in negociis egualem tibi, quia ipse materiam intelligit quod opus est tibi. Et dixit, non molesteris erga dominum si de omnibus suis negociis tibi non incumbit, nec pro te sua ma . . . . tenetur agenda. Et dixit, cum inimicus tuus ad posse tuum pervenit inimicorum malitiam exuit, et sociorum consorcium est adeptus. Et dixit, inimici alii utiliores sunt amicis, eo quod inimici sua aperiuntur vitia, a quibus propter ea cavere studebis, et propter metum ipsorum nec judicare se valeant, bona conservat, nec non subeat paupertatem. Et dixit, non te intromittas ad aliquid faciendum quousque servus providerit istud delectabiliter faciendum. Et dixit, malo non associes, quia tua natura absque tui . . . . aliquid subripet et de natura ipsius. Et dixit, decet hominem in speculo faciem suam intueri quia sibi dent eum decorem pro malo gerendo agere turpe opus: si vero turpem gestu sit nollet duo turpia aggregare. Nullus erubescit de sene pro sui etatem, vel ob albitudinem capillorum, sed erubescit propter sui sensus, suam illustrantis eumdem; cum igitur ut eadem in nobis fuerit suum pudorem habentes ab ea turpibus non utantur vel utamur. Et dixit, oportet judicem rigidum esse sermonem contra maleficii perpetractores, quia si non se haberet hoc modo abutentur actoritate censoris. Et dixit, res regi prohibita censetur ebrietas, cum rex regni sit custos, quam turpe est ipsum sui ipsius custodia indigere. Et dixit, in tibi reges felix est ipse in quo dominium predecessorum dirigitur, et infelix in quo ipsum subijcitur et provocatur ex consuetudinibus unaquoque quidam malam reputant; quidem bonam propter fidelitatem quam reputant omnes bonam. Et dixit, bonorum bonitas invicem bonos cogit diligere, sed malorum malicia invicem cogit odire, nam vide post quod veridicus veridicum diligit, et fidelis fidelem; mendax vero abhominatur mendacem et latro latronem capit, nullam cum eo cupit propinquitatem habere, et

qui constantis est anime bono se regit consilio, qui vero infirme ac debilis committit omnia disponi fortune. Et dixit, convenit vice domino regis ut erga populum patientiam habeat et iram suam compescat; et si forte rex crudelis extiterit ipse cum hominibus mansuetudinem operetur; Et si rex multum fuerit mansuetus ipse rigiditate fruatur quam supplet regis defectum. Et dixit, non intrabitis terram in qua sumptus lucra exuperant, et in qua prevalent mali bonis, et ubi plurimum mentiuntur. Et dixit, vile est tacere super eo quam quod scientis dicere posses. Et dixit, qui scientia adiscit ad nobilitatem scientie, non quia aliquid lucretur ex ea nobilitatem acquirit, qui propter lucrum aliquid adiscit non sunt. Et dixit, si volueris insipientis domini amorem suam sequere voluntatem; si vero sapientis, qui sunt ad propositum vel contra rationem ostendere non obmittas. Et dixit, cum tuo adversario, cum contendis contra eum, non statuas veritatem ut efficiaris sicut sagitatorem, sed signum et speculum oculis intuetur. Et dixit, in eam qui tuum requirit amorem falli non debes quousque sciveris quare requirat ipsum: quia si querit ipsum propter subalia que vite sunt amor poterit esse firmus, eo quod ex defectum alicujus ipsorum evanescat amor ipsius. Et dixit, valde vilis est qui se ignoranti humiliat et qui cujus non habet notitiam laudes acceptat. Et dixit, vel dixerunt ei, qualiter potius cupiditates vitare et qualibet pericula cordis vitas: respondit in quocumque est cupiditas, est ratio qua istud per quod deveniat periculosum bene discernit, et ei potest obstare: igitur qui se ratione gubernat cupiditatum potest exfugere servitutem. Et dixerunt ei, quibus potest bene dari consilium: respondit, duabus de causis, scilicet aut multiplici experientia aut viribus rationis immensis. Et dixit, cupiditates hominum voluntates reperiuntur juxta regum suorum cupiditates et voluntates ipsorum. Et dixit, si aliquid contra aliquam commiseris, licet sit modicum, non dormias donec convenienti satisfactione convenias cum illo, vero sedes istud. Et interrogaverunt eum, potest homo semper benefacere: respondit, potest: quia benefacere est grates agere Deo, et memoriam a cupiditatibus mali excludere, et hec sunt duo que homo semper agere potest. Et interrogaverunt eum, qui est per quod cognoscitur justus: respondit, ex eo quod non agat aliquid dampnosum alicui, nec loquitur mendacium absui profictum. Et dixit, non invideas illius divitiis, qui sua gubernare ignorat agenda. Et dixit, spes est fallacia animarum. Et cum discipuli Platonis requirerent quod legeret eis, et instrueret eos, respondit: prius venient auditores et illis venientibus, loquimini; quia auditores jam venerunt: et dixit, malum est quod pauper te facias, si iniquitatem facias est pejus. Et dixit, cum habueris amicum expedit quod sis amicus ipsiusmet amicis, nec quod sis inimicus ipsius inimici. Et dixit, insipiens qui ex bonitate sue bestie et in dominio eorum, et non ex semetipso reputet se sensatum. Et dixit, bonus est qui levius in potentiorem patitur, et gravius minus potentem. Et dixit, decet sapientem non servire nisi qui suis

moribus est coequalis. Et dixit, bonitatum inicita et insipida sunt, sive tenus vero sunt dulcia pravitatum e contra. Et dixit, fideles dominantes sua fidelitate omnem thesaurum sui populi possident. Et dixit, non associes te cum hiis qui de aliis oblectentur, quia sic de te sicud de aliis facient. Et vidit quosdam plorantes super mortuo, quibus dixit, non ploretis super eo quod plorare non confert, sed vestra peccata lugetis. Et dixit, bonum quod vilis non reputet modicum quod modicum erit multum. Et dixit, sapiens est qui ea que novit discere ab alio non nititur, sed qui ignorat. Et dixit, non lucratus sum ex scientia, sed in quam scio quod non sum adhuc sapiens. Et dixit, ad correctiones puerorum non sitis asperi multum, quod ad correctiones valde asperas pravi fuerint: assimilatur enim puerorum rigidus castigator nitenti sufflando extinguere magnum ignem, qui flatibus pocius inflammatur. Cui dixerunt, quare quis nititur ad optinendas divitias senex existens; respondit, quia melius est in obitu relinquere acquisitas divitias inimico, quam in vita pauperem pecunie ab amico. Et dixit, duplex est dieta: communis et propria; communis est non nisi cum appetitu comedere; propria est investigare humorem aut qualitatem vincentem, et eo obtemperare contraria apponendo. Et dixit, cum tua discretio prohibuerit aliquid te facturum, inobediens esse non debes, quod majus quod potest accidere est quod instigas istud agere quod vitaris. Et dixit, una ex scientie bonitatibus est quod ea sicut aliis accidentibus privari non potest. Et interrogavit eum Aristoteles, in qua cognoscitur sapiens: respondit, in eo quam per ea que noverit non se magno habeat pretio, nec contra vituperantem aliquem irascatur, nec cum laudetur sit elatus. Et dixerunt, quid est quod molestius reputas: respondit, in cujus prolatione dolebunt amici ipsius silentio, lex offendetur. Qui dixerunt, quid est quod minus curandum est: respondit, insipienter dehonestatio. Et interrogaverunt eum, quibus caveri oportet: respondit, ab inimico potente et a domino predatore. Et dixit, si scire volueris quis ex hominibus est tibi consimilis, quum sine eum diligas satisteris (?). Et dixit, malus inimicatur bono quia dolet quum eo bona dantur, quasi hec bona ad contumeliam sui sint. Et dixit, pravus sapiens delectatur in contradicendo sapientibus predecessoribus suis; sapiens vero bonus ex sapientum amore tristatur, optans magis suam invalescere scientiam collectionibus sapientum quam in dominationis obtentu fine. Et dixit, qui sua juventute ira et cupiditate utitur, erit sibi in sua senectute molestum, cum voluptatibus frui non poterit debilitate membrorum; et qui a juventute discretione potitur, licet eidem tunc temporis sit molesta, senectute cum etate est bone quietis et status. Et dixit, avarus vult plus magnam remittere injuriam factam sibi, quam retributionem pro beneficio modico elargiri. Et dixit, licet sis senex non erubescas addiscere, si fuerit adolescentibus qui te docet cum ignorantia verecundia sit decentior addiscendi. Et dixit, letatur sapiens qui novit se a mundi turpitudinibus evasisse; assimilaris illi cui confracta fuerit navis et ad litus maris

fluctuatione collapsa, qui dum alios respicit periclitantes in undis, se evasisse letatur. Et instruxit discipulos suos dicens: cum fessi a studio, vacabitis potius bonis ystoriis , quod tedio careatis. Et dixerunt ei, quis est turpior in suis operibus: respondit , qui nimis de suo sensu gubernat, et etiam qui nimis contra se ipsum incendit, et qui sic se in rebus exponit intrepide ut nichil suspitiari videatur. Et interrogaverunt eum , bene provenit
respondit, ex preclara et pura natura et ex conversatione cum sapientibus in vita. Qui dixerunt, quis ex hominibus est conplexionis bonitatis: respondit , qui suam refrenat iracundiam et suam voluntatem impugnat. Et dixerunt, quis est mundus et liber turpis operibus: respondit, qui suam discretionem statuit pro suo fideli, et timorem pro suo vice domino, et predicationes pro frena, et patientiam suum gubernatorem, et Dei timorem suum socium, et collatione fuerit de more suum solatiatorem.

DICTA ARISTOTELIS.

Aristoteles interpretatur in ydiomate Grecorum complectus bonitatibus, qui habuit patrem nomine Nichomacum et interpretatur disputatur et vincens. Hic fuit valde sapiens in arte medicine et extitit medicus Epichi patris philippi patris Alexandri. Natus fuit hic Aristoteles in villa quadam dicta Stagira ·, et tam patri quam matri descenderunt de genere Esculapii, qui melior ex genere grecorum; et cum ad octavum annum provenit ad civitatem Athenarum, que dicebatur civitas sapientie , cum pater ejus adduxit et assignavit rectoricis poeticis et etiam aliis grammaticis instruendum cum quibus studuit, proficiens novem annis concorde scientie ydiomatibus liberalis nomen imponere vocabant circumdatorem, eo quod etiam necessario appud omnes. Et aliqui sapientum illius temporis pro nichilo reputantes et rethoricarum poeticarum et gramaticalium, ymmo grammaticorum artem sicut Pitagoras et Pictaras derridebant singulos qui in his discendes artibus laborabant, dicentes in villa sapientiarum illas existere opportunas , cum gramatici non sint nisi ad parvos instituendos ; poetici ad narrandas fabulas et mendacia composita; Rectorici vero ad suadendum verbis politis et blanditiis exornatis. Quibus auditis Aristoteles erubuit valde et motus est acriter , et conatus tuere grammaticos poeticos et rectoricos. Rationans pro illis dixit aliter sapientia a predictorum scientia excusari non potest: quare cum ratio sit scientie instrumentum et hoc manifeste apparet , cum scientes non sunt nisi ratione utentes , cum hoc sit prerrogativa hominum. . . . bestiorum dignum est ut in te homines nobilior et rectior sit qui est magis ratione completus, et qui melius et decentius exprimit corde recondita, et qui profert ea loco conyenientiori et tempore. Et quia sapientia est nobilissima rerum meliori ratione et decentiori qui exprimit valeat debet ostendi et verbis magis appropriatis et certis et brevibus absque impedimento vel errore ; nam si sit ratio imper-

fecta nomen scientie deperditur, et cogitur exercitare legentem et dubium efficit auditorum. Et postquam Aristoteles scientias vel scientiam grammatice et poetice et rectorice scivit, visus est addiscere scientiam Etice et quadrivialem, naturalem et theologicam, et statuens se discipulum audivit ab eo in quodam loco qui dicitur Opydemia tempore quo pervenerat ad annum, et cum Plato secunda vice venisset vel pervenit in Siciliam dimisit Aristotelem in scolis loco sui in villa eadem Opydemie in qua addiscebat scientiam viatorum, quia Platonis opinio fuit conferre cordi ambulatam moderatam ad delendas superfluitates et ab eo et molestias que admodum provideretür anime cum sapientie documento. Et propter hoc quia discipulos scientiam docebat ambulando et ipsis ambulantibus nominati sunt ipsi et subsequentes ambulationes. Et postquam Philippus rex misit pro eo et accedens ad eum in Macedonia moratus est ibi toto tempore Philippi sapientiam demostrando, post obitum vero ejus Alexander filius suus regnavit, et Alexandro recedente de Macedonia ad expugnandum eos de regione Asye, Aristoteles reversus est Athenas et remansit ibi docens de sermone, tandem ob invidiam cujusdam sacerdotis, nam idem sacerdos suasit civibus quod convenirent eum super eo quod ydola adoraret, nolebat que alii tunc temporis adorabant, quo scito Aristoteles de Athenis recedens ad suam Stagitam terram se reduxit metu compulsus ne istud sibi inferrent quod Socrati intulerunt quod perimerunt veneno. Et postpositis tunc factis regiis locum sibi invenit ad docendum, et postmodum inceperit excitare se ad benefaciendum hominibus, et in elemosinis pauperibus largiendis, et in pupillis et orphanis maritandis, et in gubernandis eisdem, et in concedendo aliquid studere volentibus, cujuscumque condicionis essent et ad qualemcumque scientiam vellerent et intenderent, et renovavit Stagire fabricam, et posuit ei leges quam reges plurimum honorabant sublimi statu tenentes eum. Obiit postmodum lxiij anno, cujus ossa accipientes quidam de Stagira incluserunt in archa quadam quam situaverunt in loco ubi consiliarii convenire solebant pro magis agendis; circum que ossa morari maxime delectabantur, et cum molestabantur aliquo negocio gravi cujus scientie pertingere non valebant, recurrentes ad locum eumdem et morabantur ibidem disputantes tam diu donec perveniebant ad noticiam veritatis, sperantes quod propter nomen uni ubi ossa Aristotelis deposita erant sensum haberent meliorem, et subtiliorem intellectum, faciebant hoc ut eum honorarent post mortem, et quam dolerent de amissione sua demostrarent. Et habuit Aristoteles discipulos reges et filios regum, et composuit bene centum libros, et ea illi qui nunc inveniuntur sunt xxviij in logica et 8 in natura, et liber Eticorum, et liber de regimine civitatum, et liber metaphysice, qui theologia nominatur; et liber de ingeniis geometricis: et reprehendit eum Plato super eo quod ostenderat in scientiis debere componi libros, cui respondit Aristoteles suabitur excusando. Scitum est et notum non debere agere aliquos ut diligentes

scientiam perdent eam; bonum est igitur ut libros componemus, cujus beneficio addiscatur, et cum a memoria labor recuperatur mediantibus libris illi vero qui odiunt eam non proficiunt in ea quamvis redacta in libris, quia gravantur visis eisdem et recedunt ab eis dum circumdederunt vel circuerunt ipsam et roboraverunt fortibus muris, taliter quod rudes et ignari non valentes de ea se nullatenus intromittant. Ordinavi etiam eam ordinationibus talibus, quod sapientes eam potuerunt, abhorrentes vero ipsam vellet potuerit enucleare perfectum Ffuit autem Aristoteles albus, bone stature, magnorum ossium, parvulorum oculorum, gracilium narium, fermoris amplicoratis et cum solus incedebat velociter incedebat, lente numquam, gestabat libros reselibrum, intendebat interrogantibus, respondens eis verbis, et bene aliquibus interdum horis diei incedebat per campos et rivos delectationem habens in bonis sompnis audiendi, et in monstrando cum disputationibus vel disputatoribus nitens super recto et vero suum errorem cognoscens si eum contingebat errare. Moderatus erat in se vestiendo, in comedendo, bibendo et mulieribus adhibendo. Tenebat semper in manu sua instrumentum astrorum. Et dixit Aristoteles, hoc mundo est melius habere bonam famam et Dei gratiam optinere, per quod si offendi confidas tibi in malo cavebit, et si quod contra te alii machinaverant. Et dixit regi, si non rectificato prius eris, populum rectificare non potes, nec gubernare ipsum poteris te errantem, nam qualiter poterit cecus alium ducere, pauper ditare alium, inhonoratus seu honore carens aliquem honorare, et debilis qualiter poterit suis viribus alios confortare, certe numquam poterit aliquis diligere alium nisi qui sciat et diligat principaliter semetipsum. Igitur si immundus volueris abstergere pelo cor tuum illis abstergas, eo quod anima tua existente immunda non poteris alium expiare, nisi agere velis ut medicus qui a morbo quo premitur curare nitatur alium et seipsum curare non potest Et dixit, a concupiscentiis caveas, quia si in his negotiis cogitabis certe invenies quod non sit laudabile hujus mundi, vel honorem et alterius mundi dedecus subire: cum hic mundus fluctuationis sit causa, et quo sumus transferendi sit domus. Et dixit, si volueris esse dives quod habes parum tibi sufficiat, quia ei cui hoc ex quod habet non sufficit ille dives esse non potest quamquam et satis habeat (?). Et dixit, faciliter potest hujus mundi pravitas sciri in quo sine vituperatione alterius alter honorari non potest, nec sine depauperatione unius aut dives esse non potest vel fieri Et dixit, quod optaveris nulli vites, nec aliquid agas quod alios contra te volueris egisse. Tue voluntati repugna, concupiens vita neminem odias, invidia animum tuum absterge: et si contra te erraverit aliquis non indigneris propter ea quod cum nullus eum det errorem. Cave a concupiscenciis que rationem impediunt et veritatem avellant, quia non alio modo quam precavendo fides subsistit et mundus, et si tuam animam trahi contingat ad concupiscentias et ad deteriorem statum qui possibilis sit evenire se trahat preliare cum ea, et quam possibilitas tua mittit,

permitit te tueri ab ea, nec quamcumque erroris usum modicum reputes quia usu modici plurimum et usum attingens. Et dixit, in re inutili tuam non exerceas vitam et si in amico delectabili abstinere non potes cum sapientibus conferas, et studeas in libris ipsorum; vita mendacia quia non mentiuntur de causa mendaces nisi ex anime sue ignavia, quia mendacia que inferunt dampna ignorant bene, minus dampnum quod potest evenire mendaci est ut cum acciderit eum vera proferre non credatur eidem. Et nichilominus ab hisque nolunt elongantur in occidens applicat qui in oriens pervenire sperabat. Et dixit, bonorum corda concordant sicut aqua pluvialis marine leviter miscetur, corda vero malorum concordant ut difficile quam societate discumbat quam admodum bestie que licet se amplectantur ad invicem amicitie sunt ignare. Et castigavit Alexandrum, et dixit, sic primum quod egeritis ut statuatis sunt, credere homines quod nulli vestra beneficia consecantur nisi qui ostant nobis veritatem sequentes et mutant es eamdem sperantes et fallaces dampna aliis inferentes assequi rigitans penas debitas hiis; enim vestra corroborantur regna et reputamini sapientes. Et dixit, si in amico dubitaveris ad sapientes recurre quia a nullo rectificantur negotia dominorum vel duorum magis quam a sapientia, quia sapiens insipientem excedit. Et si quia sapientem contulas te despiciat ipse non turberis propterea, sed scias neminem sine vicio esse posse; igitur ab aliquo vicium existens in amico, si alia parte virtutes affuerint; non obmittas ejus consilium implorare. Et dixit, justitia est mensa quem quam decus statuit supra terram, cujus sufragio debilis a forti et verax eripitur à mendace. Et qui hanc mensam delere voluerit fatue procedit et est in se ipso deceptus. Et dixit, agnoscit ignorantiam sapiens eo quod jam fuit ignorans; qui nunquam sapiens fuit sapientiam non agnoscit. Et dixit, ex fiducia consequendi finem non peto scientiam; sed ut sciam istud de quo dubito, quapropter ob ignorantiam magnus ascripbitur vero defectus. Et dixit, liberalitas est concedere indigenti et merenti juxta possibilitatem donantis, quia qui ultra possibilitatem concedit liberalis non ést, sed vere vastator. Et qui non indigenti concedit non est acceptus sed est velud qui aquam spargit in mari; et qui non merenti exhibet est velud muniens inimicum qualiter veniat contra eum. Et dixit, sapientia est certamen anime et speculum rationis, et quam felixest igitur qui nititur eam perquirere, cum ipsa sit laudabilium fundamentum et nobilium radix, per ipsam tamen (vultum) bonus acquiritur finis et avertuntur anime s curmitis (?). Et dixit, o Alexander, in utendo ut non debetur dominio, dominio invidia oritur nec non ab invidia mendacium provenit, a mendacio odium, ab odio injusticia nascitur, ab injusticia inimicitia erumpit, ab inimicitia bellum, bello lex perit et habita perduntur. Et in utendo dominio ut debetur, domino veritas procreatur, a veritate procedit justitia, a justitia amor pullulat, ab amore dona prodeunt et tutela consurgit, cum quibus lex manutenetur et mundus plus augetur. Et dixit, qui suum re-

gnum statuit servum regis debet regnare; et qui legem subyicit regno regnum augustat. Et dixit, oportet regem esse magnanimum, multe cogitationis, et rerum firmum inspectorem, pium etiam, et infrenatorem iracundie, ubi decet et quando excandescere cum oportet, decet suarum concupiscentiarum reprehensor esse, non perfidus sed predecessorum suorum equioris, remite gubernator et ordinator singulorum in eo quam meruerit statum, et servator legis et fidei, et quod in benefaciendo nitatur et quod forte existat. Fortitudo tamen ejus duplex, una est ut sit fortis animi qui nulla occasione traeatur; alia est fortitudo cordis, que due si fuerint in rege rex in eximio erit complemento completus; et si forte deficiente cordis fortitudine alia supererit sibi sufficiet. Et dixit, rex qui se suo sensu gubernat non est laudibus exaltandus; et rex qui alii quod suo vite dominio secretum exponit est debilis rationis. Et dixit Alexandro, si bonus gubernator esse volueris ab infligendis penis boni asecurentur, et quod verificentior a malefactis quiquam confidant. Et dixit, divitias recte non transitorias sed incommutabiles vitam et regnum quod non auferetur et durabilitatem perpetuam. Sis pius non cum ea pietate [que convertatur in dampnum, verum penam merentibus inferre non differas, et ad roborandum legem labora quia in ea domini timor consistit; cum videris inimici posse obtinere vindictam non differas, eo quod varientur mundi cogitationes, conditiones et status. Et dixit non odias ullum hominem, et contra sanctionem fidei non litiges, et fidem statue initium regni tui, quia qui contrariatur fidei tuus et regni tui inimicus existit, et predecessores melius est quod emenderis, quam per te subsequentes emendentur. Et dixit, bonos honora, ex hoc nam populi obtinebis amorem; non festines sequi mundum, quia modicum perseverabis in eo, et qui suos amicos huic mundo stabilivit illos amicos cum illum perpetuari ignorent, et honorare sapientiam et roborari intellectum in ea, magistris et discipulis stipendia exolvendo et exilarando eosdem et eos, qui aliquem statum in ea perveniunt, cum tuis familiaribus pone, et scies quod honorabilior titulus est titulus sapientie et delectabilior et onoratior est per eamdem, et in perquirendo eam magis profictus existit, et nisi per eam majus commodum nullo alio consequeris. Et dixit, ut ad alium dirigam hunc, querite mundum, nec propter motum ipsum queratis cum modicum sit morandum in eo, et vobis loquor quia modicum diligo mundum, et deus deprecor ut cito eximer ab eo. Et dixit, multe discretionis est et fortis animi et laudabilis fidei, qui tolerat adversitates cum veniunt, quia qualis sit homo in prosperitatibus non probatur. Confortare igitur ex eo quod superest tibi, et ex eo quod dominus te absolvit a pestibus, et quam tibi contulit non abneges dona, debiliorem ex inimicis tuis fortiorem te reputes, eo modo tuam require militiam, velud rex magis emergentibus causis agens ad sui tutelam requirit eamdem. Et dixit, fideles promoveas et ea reputaberis in hoc mundo compositus, et in alio finem consequeris optatum; malos refrena,

et corrigere studetis, quia cum hoc et legem diriges et populum tuum conservabis; non es de anima tua securus quousque homines assecurentur a suis dilátionibus brevis, et super eo quod te egisse male non reputas alium non molestas Et dixit, non potest dominus esse qui multum ad amici vitia intendit, et qui multum apretiatur ipsum, et qui omnes fere deprimere non obmittit, habent homines deprimere moliuntur. Et dixit, dies suos morte prevenit qui regi repugnat, et rex qui vili apponitur suum perdit honorem. Et dixit, (1) sapientia non generosi est honor concupiscentiam ducit ad eam que resumi non potest jacturam, avaritiam, honorem diminuit quod parentes antea construxerunt, in sapientia est socius parvus et sic pendere ab alio ut absque petitione subsistere non possit, mors prava censsetur. Oportet rectorem seu gubernatorem suum populum non thesauri loco et hereditatis tenere, sed ut consanguineos et amicos, nec in hiis que ab eis accepit per violentiam delectetur, sed ex eo quod ab eis excipitur recte qui heret justitie non habet bene aliquod videatur quare dixerit aliquid quod justi non habent bene Deum formidant ex quo quod ipse Deus noluerit mutatur et suo obediunt mandato. Si dominus justus non est, non est dominus sed predo et spoliator: violentem mali timorem obediunt, beneficio vero boni: igitur hos duos modos agnoscens libenter benefacies, reliquo penam infligas, ira tua non sit nimis aspera nec levis plurimum: quare una luporum consequitur mores, alia parvorum. Et scripsit Alexandro in epistola sua: tribus de causis honorantur reges, scilicet ex legum institutione bonarum, ex regionibus conquirendis, et ex desertarum populatione terrarum. Et etiam scripsit ei: opera hominum non ad unique discutias; quia cum homines non possunt ab erroribus omnino excludi, si multum exanimentur districte confundetur discretio tua: igitur ab aliquibus erroribus avertendi sunt oculi et indulgendum eisdem, hiis non existentibus penes te corda dirigentur eorum et procedunt ad melius facta tua. Et cum parjuri contingerit aliquis non te velud ultorem....scientie ostendas, sed velud rectificationi conantem: et tamen scis quod quidam manibus mutilatus dixit quia alios non suo privavit est suo privatus. Et dixit, qualiter amicus erit alterius insipiens qui non est suimetipsius amicus. Et dixit Alexandro: beneficiendo populo domineris, quia tuum dominium non minus durabit vero durabilius erit provide quam in agravando eosdem, nam cum eorum domineris antea corporibus deinceps dominaberis animis propter beneficia que concedis. Et scias quod populus presumptuosus, facilius ad facta tollabitur: igitur vide quod non labatur ad dicta et sequitur quod non ad facta labetur. Et dixit, felix est qui alio castigatur. Et dixit discipulis suis: roborate animas vestras (non) cedentes concupiscentiis que debiles subripiunt animas. Et dixit, nil est quod melius valere faciat aliquem sicut bona improperare que fe-

(1) Quivi il manoscritto è così erroneo, che non si potrebbe trovare un senso qualunque, se non alterandolo con troppo ardite conghietture.

cit. Et dixerunt ei, vos sapientes a quoquam discere quare pro malo non geritis:respondit, quod scire valde utile reputamus. Et dixit, qui benefaciendi posse non habet vel non haberet, saltem a malefaciendo se abstinere vitatur. Et dixit, veritatem diligimus et Platonem, sed rectius est diligere veritatem. Et dixit discipulis suis, aures habete quatuor, duabus audiatis quod proficit, et non proficientibus duas aliquas reliquatis. Et dixit, oportet ex scientiis eligere melius sicut apis que eligit meliora ex floribus vel ex flore. Et habens quemdam ipse hereditatem nobili cuidam illam committebat gubernando, ipse vero numquam visitabat eandem; qui dixerunt, quare tuam non requiris hereditatem: respondit quod non acquisivi ipsam ut eam sed ut me ipsum requirere, et multas intendo acquirere hereditates hoc modo. Et dixit cuidam juveni scientiam pigritans perquirere, si per inquirendam scientiam laborem non protuleris detrimentum scientie patieris. Et dixit cuidam ex discipulis, fili, non te nisi cum noscente seipsum associas quia degere bene in vita non potest qui se associat ignoranti seipsum. Et dixit, animus semper proclivus ad vitia scientie non recipit incrementum. Et dixit, ob concupiscentias suas corpus increpa cum hoc sua natura requirat, sed animam argue que quod decet et dedecet intendit et noscit et cor predominatur. Et dixit, fornicator laudari non potest nec esse ylaris, yracundus nec liberalis, invidus nec cupidus esse dives. Et dixit, sicut aurum igne, sic homo suis probatur operibus. Quidam ex discipulis maledixit de socio, cui dixit contra eum nolo credere verbo tuo: et dixit, lingua hominis sine discretione est scripta, quia quidquid dici voluerit ipsa scribit. Et dixit, sapientia exornat diviti divitias et pauperis paupertatem occultat. Cui dixit quidam, quid est bene loqui: respondit, dicere modicum ratione completum, et respondere laudabiliter et confestim. Et dixerunt ei, quid est quod dicere non convenit licet sit veritas: respondit est laudare seipsum. Et dixit, qui veritatis aliquid expresserit oportet grates habere, quia ex illo nos habilitamus ad multum. Et dixit, id quo animalia singula homo transedit est ratio; si quis igitur ea non utatur efficitur bestialis. Et dixit, in alia omnia quanto magis novum est aliquid est melius, nisi amor, qui novo melior vetustus existit. Et dixit, bibere consueveram et sitis invalescebat, sed Deo cognito non bibi et extincta est sitis. Et dixit, quid est anima: respondit, que sapientiam fundatur, et dimicans illustratur. Et dixit, item, quibus investiganda est: respondit, cum anima semetipsa. Et dixit, quando potest anima seipsam investigare et perquirere: respondit, sicut querit infirmus a phisico pro egritudine sua, et sicut cecus querit a circumstantibus de colore suo. Et dixit, quomodo intuetur anima seipsam et est mater sapientie: respondit, cum anima sapientia carebit nec se nec alium valebit cognoscere, sicut visus nec se nec alium (valebit cognoscere) videre non potest luce absente. Et dixit, omnia proprietates habent, et proprietas discretionis est eligere bonum. Et dixit, non debet quis argui quia non respondet que-

renti quousque sciatur si quesitor bene quesierit, eo quod congrua quo responsimus congruentis est causa. Dixit, minor in eo in quo non sunt bona que profferuntur et tamen ipse acceptat, et de eo de quo mala profferuntur que in eo non sunt et inde turbatur. Et dixit, gubernare populum non convenit parvo, nec ei qui est mundanarum negotiorum ignarus, nec suam mutat concupiscentiam, nec ei qui sua delectatione agenda presumit, nec ei qui plurimum jubere concupiscit. Et dixit, non est differentiam tibi puerum etate et puerum moribus, quia mores hominum non pendent ex tempore, sed ex eo quod in suis actibus concupiscentias mutantur. Et dixit, qui concupiens nisi quando quantum et ut convenit mutatur, bonus ad gubernandum existit Et dixit, bonum dicitur dupliciter, unum appetitur propter se, aliud propter aliquid aliud, quod propter se appetitur eo, quod per aliud appetitur melius est. Et dixit, bonum dicitur tripliciter, unum consistit in corde, et secundum in anima, tertium extra corpus Nobilius tamen est in tibi omnia est anime bonum, cujus boni foram in bonis apparet operibus, et in acquirendo hujus bono et usu ipsius facilitas consistit. Et dixit, surhabundantia et defectum opera corrumpuntur, quia sicut paucitas et multitudo odorum formam suavitatis corrumpunt, et ipsorum temperantia suavitatem eficit auget et conservat, similiter etiam mores corrumpuntur superhabundantia et defectum, sicut terror et audacia, nam aliquis ad omnia timendus est et intrepidus et audax ad omnia, et temperatior est qui ad ullum extremum excedit vero accedit Et dixit, oportet nos agnoscere signa que mores hominum ostendunt ex delectationibus et tristitiis qui suis recipiunt operibus ; nam qui delectationibus cordis abstinet sibi ex hoc placendo hic dicitur temperatus, et qui abstinet illo dolendo est ambitiosus, et alii mores omnes eodem modo se habent. Et dixit, quamplures bona cognoscentes opera, et non operantes, bonos se extimare; sed tales sunt velud infirmi qui accedentes ad consilia medicorum nil operantur ex eis, et propterea eorum corda sicut a sanitate remota, ita anime predictorum sunt a felicitate longinque. Et dixit, bene agere est res terminata, tamen est grave pervenire ad eam, et ad male agere facile pervenitur quia recedere est facile a signo et difficile pervenire ad ipsum : pluribus enim modis mali esse possumus, boni vero non nisi uno modo. Et dixit, mors est acceptabilior quam turpibus operibus uti. Et dixit, defectus scientie maliciarum est causa, eo quod per ignorantiam eorum qui agere convenit, et que fugere plures errant illicitis operibus abutentes. Et dixit, senes constanter se invicem diligant quia mortuis honoribus vero amoribus proficiunt sibi ; parvi vero ex obletamentis pluribus amantes se invicem cito se diligunt et cito abhorrent, nam delectabilium in privo ipsorum amor mutatur, cum delectationes sint in eis mutabilitatis . . . et eodem modo bonorum amor stabilis est in firmis, quia sibi invicem assimilari nituntur in bonis abstinentes a malis pravorum vero amore deficiente carnali delectatione deficit Et dixit, felicitatis hominis complementum est ami-

cos acquirere: quis enim solus poterit esse felix, quum felicitatis beneficio sit benefacere aliis quemadmodum infelicis indigere beneficiis aliorum. Et dixit, cui male succedit aut bene huic etiam amicorum est opus, quia cui male successerit amicorum eget auxilio, cui vero bene indiget solatio eorumdem. Et dixit, non delectetur in justitia nisi justus, et in sapientia non nisi sapiens, in amicitia non nisi amicus exultat; et qui bene agendo adipiscitur amicitias est boni successus, et qui hoc acquirit ob corporales delectationes decipitur, quia corporalium delectationum concupiscentia censsetur ex moribus puerorum. Et dixit, Deum recto amore diligens et amans sapientiam ipsius et opera bona, Deus honorat eum et benefacit eidem. Et scripsit Alexandro, ex quo Deus quod optasti et quam obtinere noluisti concessit tuis, in parcendo acquiesce mandatis. Et dixit, scire est vivere et ignorare mori, ideo sciens vivificat quia opera que agit intelligit, et insciens, quia non intelligit que agit, opera mortificat et anullat. Et di it, homines rationes absque discipline informatione intelligere non possunt sicut eorum visus forens visibilium absque luce videre non possunt. Et dixit, antiquitas temporis opera facit senescere, huic vestigia famam delet, nec remanet nisi amor qui ex bonis gestis prevaluit hominum cordibus, et quam filii a patribus suis hereditant: nitere igitur ad bonam famam que numquam deficit, nec abest a cordibus hominum, cum hac enim bona fama tua et nobilitas perdurabit. Et dixit, insipiens est similis cadenti in aqua, igitur a longe minans cum ei non aproximans qui si evadet lucraberis, et si moriatur pro nil perdes quia a te remotus ad movendum cum eo se retrahere non potest. Et dixit discipulis, majus quod possunt in quibus suis querentes scientiam, quod docentes eas teneantur vera proferre, audientes vero nisi in recipienda veritate vitantur: moliar igitur in veritate danda, et vos ad eam apprehendendam moliamini toto posse. Et dixit, in pluribus hominum evitant concupiscentie rationem, quod cupiditates ab infantia comitantur eosdem, rationem vero non assequuntur nisi etate perfecta, propter quod ad cupiditates potius se convertunt. Et commonuit Alexandrum, ex quo destitit a docendo eumdem, faciens ei questiones super regimine magnatum et populi: cui Alexander bene respondit, tamen Aristotiles verberavit eum verberibus magnis. Et interrogaverunt eum quare hic: respondit, puer iste humiliatus est vero, humilitatus est ad regnandum volui eum horrendum gustare saporem, et abhorrens istum se refrenet. Et dixit, alium rectificare si poteris cupias, sicut cupis te ipsum quia honor est et nobilitas anime tue. Et dixit ei quidam juvenis, quare es pauper? et respondit, me non offendit mea paupertas nec aliquid mali protulit mihi; et tibi mala plurima tue divitie protulerunt. Et dixit in libro celi et mundi, convenit recte judicare volenti, non odire sibi contradicentem, vero sit sicut cognito veritatis, et sic pro alio justitiam eligat veluti pro se ipso. Et dixit, mundus iste est quidam ortus, et ejus fossata sunt regna: regna vero manutenentur per leges; leges rex statuit; rex vero per

militiam suam tenetur; militia vero pecunia gubernatur; pecunia autem a populo colligitur; populus vero est justitie servus : justitia vero regitur mundus.

DICTA ALEXANDRI.

Alexander fuit regis filius Philippi s. epichi qui Philippus septem annis regnavit, causa vero sue mortis fuit unus de magnatibus terre sue Caus *(sic)* venie, qui captus amore matris Alexandri huic visus est ad eam habendam quantum potuit, sed illa non consensit; ipse vero conatus est occidere Philippum maritum ejus, ut sui loco regnans eam reciperat in uxorem. Et accidit, Pilato Rege mortuo, regem Philippum mittere exercitum ad quemdam de vaxallis suis ut impugnaret Pilati filium qui inobediens erat,et alium exercitum Alexandro filio suo transmisit ad quamdam villam que Serapia nominatur ut villam impugnaret quia similiter facta fuerat inobediens. Caus, quod regis Philippi militia distributa erat per partes diversas, reputavit aptum esse interficere eum, et adjunctis sibi hominibus quoscumque habere potuit Philippum insiliit percutiens eum percussionibus multis, et interponentibus se hominibus, Philippus graviter percussus cecidit. Et villa valde commota est, et in hoc intervenit Alexander inveniens patrem quasi mortuum, et matrem Caus manibus captivitam, et evaginato ense ut eum occideret et ut matrem non percuteret suis comprehensam manibus a percutiendo abstinuit; et tunc dixit illi mater : fili, occide illum vel eum propter me nullo modo dimittas. Et percussit eum Alexander ense proprio, et Caus in terram quasi mortuum cecidit, et accipiens eum Alexander detulit eum coram patre adhuc vivente, cui dixit Alexander: rex surge et capto ense tuo inimicum occide, manu propria te ulcisces. Surgens Philippus Caus interficit, et statim mortuus est Philippus, et subhumavit eum Alexander et regnavit post eum. Philippus consueverat dare tributum Dario filio Darii regis Perssarum quandam quantitatem nominatam quolibet anno de ovis aureis, ut non impugnaretur ab eo, et dederat filium suum Alexandrum Aristoteli pro discipulo, quod multum bene docuit et factus est magni cordis et bene intelligens. Et cum Philippus mortis fuit propinquus vocans filium suum Alexandrum fecit eum regem et suo capiti coronas imponens statuit eum sedere in solio regio, et introeuntes principes in domum receperunt eumdem. Deinde vocavit Aristotelem mandans ei quod exortaretur filium suum coram se exortationibus bonis, que postquam mundum relinqueret prodessent eidem; et Aristoteles complevit editum et statim Philippo abeunte, surrexit Alexander et persuadens hominibus dixit: scitote omnes regem meum fore mortuum, et ego in vobis nullum gero dominium, sed tum sicut unus ex vobis, appeto quod vos appetitis, et occurrere volo quibus occurritis, nec contradirc in aliquibus factis vestris: audiatis igitur dicta et consilia mea, quia sum fraudum abhominator et amator

vestri, et talem me reputastis patre vivente : mondo itaque vobis quod Deum timentes ei obediatis, et illum affirmatis in regem qui magis obedit Deo et qui melius pro populo cogitat, qui magis propitias sit pauperibus vestris, et melius acquisita, et qui pro iis suum corpus exponat, et qui pro ulla delectatione vel deliciis quibus sit perplexus vos negligat dispensare ; et ei cujus malis operibus exclausi fueritis vel eritis, et in bonis sperantes speranter (*sic*), et qui se pro vobis ad occidendum inimicis vestris audebit apponere et abiicere. Et illis audientibus rationes istas sue magne discretionis et subtilis intellectus mirati sunt multum, ex eo quod cogitaverunt in eo quod predecessores sui non cogitaverunt. Quare dixerunt ei: tuas rationes audivimus et tuum recipimus consilium et absolutionem favorabilem propuli nostri, propter quod facta nostra pro bono nostro exponimus, et cupimus vos regnare super nos, super nos enim non tenemus quod alius mereatur esse rex noster. Et eligerunt eum, et supersunt eum in regem et dominum, et coronantes ei benedixerunt. Quibus dixit, audivi orationem vestram, quam propter me fecistis et alacritatem in faciendo me regem vestrum vel in efficiendo, et ego repeto orationem illi qui concessit mihi amorem firmandi in cordibus vestris hobedire mihi quod compleat mihi ut ei obediam, et quodcumque aliquibus delectationibus mundi non me implicit, propter quas pro bonis vestris non me intromittam. Deinde misit dicendo per suas omnibus magnatibus locorum omni regni sui. Alexander macedo et cetera. Deus est dominus meus et noster, creator meus et vester, creator celi et terre et astrorum montium et maris, qui posuit in animo meo sui notitiam et terrorem, et stabilivit me ad sua sui servitia obligans me, qui me creavit et statuit me unam ex illis quibus boni et clerici (?) procedant: igitur refero gratias ei propter bona que conferre cupit, et supplico incepta compleri. Scitis enim quod patres nostri et vestri omnes ydola adoraverunt nec nocentia nec viventia nec videntia nec audientia, et qui rationem habent intelligunt necessario, verecundiam habent de seipsis si adoraverint imagines manufactas, immo ad cognoscendum Deum redeatis et ad serviendum ei, et imitari eum, credite, qui magis meruit lapide isto. Et transmisit et litteras significando sue militie vitam suam et voluntatem suam mandans quod se necessariis premunirent ad inimicos eorum et suos impugnandos, et quod inducerent et invitarent eum ad unitatem credendam impugnantes illos qui credere denegarent. Receptis vero litteris suis et lectis moventes se venerunt ad eum bene munitis, ordinans eos, dixit, ymo dari stipendia. Milites vero ipsi invenerunt eum ita robustum, sic magnanimum et sic liberalem quod nunquam fuit visus rex similis illi. Et post cum mansuetudine magna et cum laudabilibus moribus rectum satis et pium pauperibus et debilibus se exibuit fortem valde ad Dei servitia et timentem Deum. Et ex hoc cogitaverunt homines quod esse deberet magnificus. Eodem vero regnante et proficiente, degentibus se suis negociis, rex Darius pro solito tri-

buto transmisit. Cui Alexander respondit: mortua est gallina que talia ova faciebat. Cum vero Alexander regnavit, Greci diversi erant multipliciter; non enim regebantur unico rege; unum eodem Alexander eos impugnante coegit taliter quod dominatus est cunctis: ipse namque primus extitit qui ad unius regni dominium eos reduxit. Et ex tunc motus est animus suus ad impugnandum omnes reges Occidentis, et expugnavit et vicit regnans super occidentalibus omnibus. Continenter ivit in Egiptum edifficans Alexandriam juxta mare; inde dominii sui anno septimo post ivi seni (?), deinde processit in Armeniam. Tunc Dario sciente processum suum illis de Thyro litteras suas transmisit in hunc modum. Darius rex regum tyri populo : notificatum est mihi qualiter contumax latro iste cum latronibus omnibus, quos potuit aggregare, ad partes nostras provenit; quare precipio vobis quatenus capta omni societate ipsius cum suis armis et bestiis submergatis in mari ; latronem vero dominum ipsorum ad me mittere non tardetis: quia firmiter scio vestra potentia et sapientia hoc complere cum Grecis nullius precii et valoris; sic excusationem nullam pretendere potestis vel poteritis nisi opere compleatis Post hoc transiit Alexander et castramentatus est super fluvio qui dicebatur Erotus; quo scito Darius significavit sibi litteris suis hoc modo: ꝯ Darius totius mundi rex, lucens ut sol , Alexandro latroni: Bene scire potes quod celi rex me regem terre constituit; sublimitatem, nobilitatem , honorem, divitias et fortitudinem mihi Deus concedens; nunc vero signatum est mihi quod adjunctis tecum quibusdam latronibus cum eis obtinuistis fluvium Erotum, ut damna inferas terre nostre, et alligans tibi coronam fecisti te regem, et hoc scitum est et actum fatuitate Grecorum : quare visis litteris istis incontinenti ab hac fatuitate desistas, quia puer es pretii nullius nec sum equalis tibi, quare vereri potes de te et de terra tua, alioquin mala hora vidisti terram tuam; et ecce mittimus tibi archam unam auro plenam ut percipias vos nullum auri habere quidquid intendimus facere possumus, et speram unam ut certificeris me totum mundum manutenere, et saccum unum de semine zizanie ut scias me habere magnam militiam et fustigatorium ad corripiendum te velud puerum. Et misit ei cum litteris per suos legatos litteras suas , quibus lectis , idem Alexander et manibus ligatis post terga enssem evaginari quasi decapitari eos vellet. Cui dixerunt legati , talem regem nunquam vidisti suos vellet mactare legatos ; ad quos Alexander : vester dominus me latronem reputat et non regem, propter ea vobis inferre volo more latronis offenssas de quo non me vocetis culpabilem, sed dominum vestrum mittentem vos ad me noscetis latronem existentem. Cui dixerunt: noster dominus non habet tui notitiam, cum nos te cognoscimus percipientes tuam bonitatem et deccus. Ergo indulgeas nostris cordibus, quia nos dicemus domino nostro Dario que de te vidimus et erimus tui testes. Ad quos respondit, ex quo humiliamini vestris precibus animo nec nostri iviam cognoscatis, qui proximus umili, et asibus elongatis existo. Et mandans absolvi, come-

stionem dari precepit, post composuit litteras istas. Alexander filius Philippi regis Dario qui regem regum se putat et quam timent astra celi et qui Deum et lucernam mundi se dicit, quod non est possibile, quod qui totum mundum illuminat sicut sol despectum hominem arrogantem, nam mortalis homo qualiter poterit esse Deus qui in eo est et suum perdat dominium et suum alii mundum relinquat. Certum vel certe rectum est apud patrem Deum ut indignetur contra illum qui de suo nomine nomina represumit. Verum scias ad pugnam tecum ineundam adicedere, confidans in illo qui me creavit ut me tueatur, eidem enim me commendo. Notificasti mihi per litteras tuas de multo auro quod habes, sciam quod auro ipso abstinere possum; misisti etiam speram tuam et fustigatorium unum et archam plenam auro. Scias fustigatorium esse meipsum quam Deus contra te transmisit, ut te gustare faceret amaritudinem ipsius, ut sum rex tuus et correctio tua; et bene egisti in spera mittenda, confido enim in Deo quod tota terra convertitur ad manus meas contineus eam sicut teneo manu speram. Archa fuit mirandum augurium ostendens quod Deus contra te erit in auxilium mihi et signum est ad hoc quod ad me convertentur omnes thesauri tui; et zizaniam quod misisti bene est ad comedendum suave et conveniens, carens omni malo sappore, loco cujus sinapis grandem dimensam transmitto, ut violenti saporis insuper me currere cogitat in relatis tuis gero de domini fiduciam, quod ipsa debilitet te et deprimat sicut de tuis litteris extulisti quousque in terra sub proverbio relinqueris. Et sigillatis litteris resignavit eas legatis, mandans ei aurum restitui quod sibi mandaverat Darius. Et provenientibus ipsis legatis ad Darium invenerunt Alexandrum vicisse vicarium Darii, qui reversus est ad Darium victus. Post hoc precessit Alexander et lucratus est villas multas, et veniens vel perveniens ad villam que dicitur Quilla, homines Quile clauserunt portas, quare mandavit Alexander ignem inmitti; cui dixerunt, o Alexander, scias quod portas non clausimus ad repugnandum tibi, sed quia veremur Darium cogitare quod si tibi aperiremus easdem propter ea ipse nos occideret. Quibus respondit, dicens, aperite mihi illas quia villa intrabo quousque Darium vincam et meam sciatis legalitatem quum omnibus obedentibus mihi servo; et tunt apertis portis dixerunt victum annonam et alia vendentes eis, hoc facto recesserunt de villa, et tamen processit Alexander quod occurrit Dario cum quo magnum conflictum commisit durantem a mane usque ad meridiem, et tantus est effusus sanguis, quod sicut fluvius currere videbatur. Demum gentes Darii dederunt se fuge, et macedoni firmi morati sunt; et videns Darius quod quidam capitanei et magnates exercitus sui perditi erant cepit fugere, et superans Alexander tunc illos qui infirmi erant captivavit, inter quos fuerunt filius, filia, et uxor Darii. Et fugatus est Darius usque ad quondam fluvium magnum pervenit et transivit eumdem quia coagulatus erat, et cum familia eum sequeretur, in transitu confracta est glacies et submersi sunt

plures ex eis; et divertens solus Darius, ad quandam domum ydoli sui pervenit sperans per illud ab Alexandro se tueri. Deinde deliberavit et consulens intra seipsum dixit, nullam scio terram quam magis assecurari possem quam me Alexandri vincitori submittere qui nobilis est. Quare suas litteras sibi misit, quibus rogabat eum ut misereretur ipsius filium et uxorem mittendo ei, Perssarum daturum sibi se thesaurum promittens et etiam patris sui. Alexander lectis litteris suis cepit nichilominus eum persequi. Darius vero fugiens ad Indye regem se transtulit, et attingens eum Alexander quum jam alter alterum videre poterat, duo ex magnatibus Darii irruerunt in eum ut occiderent ipsum, gratiam Alexandri propter ea impetrare sperantes. Quibus dixit Darius, non faciatis recordantes beneficii et gratie quod vobis contuli, nam Alexander rex iste est, bene si velitis vel credatis, et hoc filius grati sibi erratis quia vos interimi propter necem meam faciatis, eo quod reges aliorum regum querunt vindictam. Ipsi autem nihilominus percusserunt eum donec de equo cecidit, et prius quam moreretur applicuit ad eum Alexander, qui jactans se super eum cessit pulverem de facie sua vel ex facie sua et positis super pectus manibus, lacrimando dixit: Darie rex surge et sis rex provincie tue, juro enim in Deo quod potentiam regiam tibi dabo, et faciam te regnare, restituens omnia tibi oblata, juvans te contra inimicos tuos, me enim reputo tuum debitorem, ex quo cibaria tua comedi cum occasione legationis ad presentiam tuam perveni; surge igitur non desperes, quia reges oppressiones et gravamina sustinere plus aliis hominibus debent, et signes que te taliter oppresserunt, ut de te eis ulciscas. Cui Darius ejus manus osculando dixit: O Alexander non exultes te ultra competentiam tui status, nec in mundo isto confidas; sufficiat tibi ad tui correctionem quod mihi accidisse perpendis. Supplico quod matrem meam onoratis recreans et loco matris tue statuas ipsam; uxorem vero loco germane, et filiam trado tibi in conjugem. Et hiis dictis tacuit, et postmodum decessit, quam Alexander musco et avilia (?) mixtis lavari mandavit et sepelivit in pannis auro contextis; et post hoc Grecos et Perssas armatos in acies congregari precipit, et precipiens decem millia ex eis precedere feretrum cum enssibus evaginatis, et alia decem millia subsequi, et decem millia a destris et totidem a sinistris, et Alexander precessit eum perssarum magnatibus et Grecorum; et ordinati taliter incesserunt usque que attingerunt sepulcrum sepelientes eumdem. Et tunc Alexander illos duos qui occiderunt Darium supra sepulcrum ipsius suspendi precipit, quod Persiani videntes invaluerunt satis in amore ipsius. Demum significavit filio quod ordinaverat pater in testamento suo, et specialiter ut cum eo nubesset, quod annuit puella, et missis ab eo que expediebant sponse ipsam ad presentiam Alexandri. Hoc acto ordinavit fratrem Darii loco sui in regnis, et libros astronomie, phisice et philosophie fecit in Greciam transferri exemplaria. Cremari mandavit et domos simil iter holocaustorum, et omnes sacerdotes et prepositos legis

fecit occidi, et in orienti diversas villas construens eas populari mandavit. Et dum Alexander accederet ad expugnationem regum gentilium pervenit ad eum quedam epistola matris sue continentie talis: Requia mater Alexandri filio suo Alexandro quondam debili, Dei potentia nunc robusto: Fili, non exalteris nec humilieris propter ea sciens quod a statu in quo es pro uteris modico simili; avaritiam vita quia res est nocibilis, fili, thesauros et adunatam pecuniam quam aggregasti usque huc aspice et per equitem unum ad me bonum velociter mittas. Alexander vero lectis litteris petiit a sapientibus suis si scirent exponere transmissa qui exponere nesciebant. Et tunc ipse vocatis scribis suis precepit eis certificari de thesauro nostro, vero de thesauri nostro numero et quantitate, quam in littera sua scribatis distincte, et loca ubi depositi sunt, et cartam ipsam sic scriptam matri transmittatis, quia ipsa thesauri quantitatem et loca quibus sunt deposita et non aliud scire cupit. Post hoc processit contra regem Indye, et opportuit eum ire per terram desertam, et scriptis suis litteris ipsi regi hoc modo: Alexander rex regum mundi domino Indie; Deus meus tuus est et misit ad terras conquirendas ita quod superavit inimicos et posuit me in possessione villarum, mittens me in ultorem non credentium sibi et negantium eum; propter quod ad creatorem dominum tuum et meum te invito qui est creator et domiuns omnium ut ipsum et non alium adores, quod bene meretur propter beneficia que contulit tibi statuens te super cunctis regibus terre majoribus et similibus tibi. Credas itaque consilio meo et ydola que habes ivitas, solvendo mihi tributum et sic de me manebis securus; alioquin juro in Deo meo quod totam equitabo terram tuam et confrigens eam desertam efficiam, et sic etiam agam contra te, quod de te habeant homines quod loquuntur. Nam nosci quid fecerit Dario Deus meus et qualiter contra ipsum àxiliatus est Deus mihi: bene non debes apreciari aliquid aliud amplius pace. Rex vero Indie quedam responsione aspera et prava eidem respondit; et tunc Alexander procedens pervenit ad eum, qui jam ad pugnandum preparaverat elephantes et lupos multos doctos ad pugnam. Quo scito et viso Alexander territus est quodammodo nesciens modum quo posset contra eos pugnare, super quo consultavit socios suos, nesciverunt consilia dare et tunc convocat omnes suos artifices quibus precepit ut facerent jx milia imaginum concavarum et positas super curros ferreos, lignis repleri jussit, quibus in acies ordinatis ut debebat armatis ignem in terra ea accendi fecit, et rege Indye veniente cum elephantibus et lupis supradictis, dum in hostes irruerunt elephantes et dum in illas ymagines quasi in homines proboscides suas extenderint, et sicut solebant facere in hostes comburebant et lupi similiter, et taliter fugiebant ab igne. Viso Alexandro quod bestie sic fugiendo recederent, consequenter processit ad bellum, quod viginti diebus duravit, ita quod ex utraque parte plures perditi perfuerunt et tunc contra Porum clamavit Alexander, non honor regius suam militiam morti exponere que vitari

potest. Vides jam qualiter nostre societates perduntur, ad quod hoc promittimus: pugnamus ad invicem vel invicem nos duo, et quicumque nostrum alterum occiderit regnum obtineat victi; quod multum placuit Poro, eo quod ipse magni erat corporis et Alexander parvi. Cum ergo insimul ambo pariter diu et acerrime dimicassent audivit Porus in exercitu suo vocem magnam quam stuppens collum illico vertit, ut videret quid esset, et tunc inter ambas spatulas percussit eum Alexander mortuum quia prostravit in terram; et cum ipsius militia certificata esset de obitu domini sui conati sunt nihilominus ad pugnandum Alexandrum et suos; quibus dixit Alexander: quare impugnatis vos taliter ex quo dominus vester mortuus est? at illi dixerunt, quia volumus honorifice mori. Et dixit Alexander, qui sua exuerit et in iram projecerit sic ab omni malo securus. Et quilibet illorum intellecto arma deponunt, et sic pugna cessavit et benefecit postmodum eum. Deinde precepit Porum onorifice tumulare sicut reges decebat, et capi fecit postmodum thesauro omnem vel, totum tesaurum suum et arma sua, et exinde pervenit Alexander ad Bartherinos ad quos postquam applicasset vel applicaret (1) quamdam comitivam sapientum miserunt ad Alexandrum, qui dixerunt ei: Domine, non habes materiam pugnandi ubicunque, quia pauperes simus, nec habemus aliquid nisi sapientiam, et si sapientiam queris Deum roga quod tibi indulgeat, non enim cum pugna acquiritur. Audito hoc Alexander precepit suam militiam expectare et ipse divertit cum eis cum modica militum societate, inveniens non vestitos sed pauperes filios et filias erbas colligentes per campos, et commoratus est quandiu cum eis de multis sapientie questionibus conferendo. Eisdem dixit, queritis aliquod donum a me quod populo vestro dabo vel donabo; Et illi respondentes dixerunt, a te non querimus aliud nisi quod perpetuo nos vivere facias. Et dixit, quomodo quis potest perpetuare vitam alterius cum horam non potest addere vite sue: hoc non est in posse viventis: cui objecerunt ex quo scis hoc ad quid tantam gentem delere conatis, et aggregare thesauros terre, sciens te omnia relicturum. Et respondit, ex me ista non ago sed misit me Deus meus ut patefaciam legem suam et ut incredulos deleam, ut undas maris nisi ventus exit non moverit, similiter ego, nisi perperciperetur a loco proprio, non morier. Ego enim quousque superveniat mors obediam Dei mandatis et exibo a mundo mundus sicut nudus ad eum processi. Et misit litteras suas Aristoteli de mirabilibus que in terra Indye viderat, in quibus non petias consilium qualiter acquisitas regiones servaret. Et interim transsivit terram tyri et cum circa tyros pervenisset inter utroque vel utrosque reges multe intervenerunt legationes, et finaliter rex Tyri obedire se offerens coronam regni sui transmisit di-

(1) Queste specie di correzioni s'incontrano di passo in passo, e sembrano essere dello scrittore e non del copista. Ciò farebbe credere che l'opera non era stata riveduta da Giovanni, nè ridotta a perfetta correzione.

tens, hanc coronam magis tibi quam mihi congruam esse cognosco. Cui presentavit centum milia librarum argenti, et mille et quingentas libras in aureis vasis, et ducentas in lapidibus preciosis, et centum ensses plurimus contexas, et centum equos , duo milia pelliciorum , et centum cellas et centum poma ambre , et pondus duorum milium dragmarum musci , ducentas libras ligni aloes , mille loricas cum galeis suis. Applicantibus vero legatis suis ad Alexandrum exortatus est eos persuadens et precipiens imitari rectam legem: quibus etiam scribere voluit leges statuens quibus se regerent et gubernarent , ex expeditus ab eis per terras orientales et Turcarum perrexit ubi villas construxit et loca diversa , et reges creavit precipiens eis ut singulis annis certa tributa transmitterent unusquisque secundum exigentiam et conditionem terre sue. Deinde in occidens est reversus, et dicitur quod ipsemet Alexander assuescebat perquirere regna sua, quia deferentibus aliqua credere nolebat, donec occulata fide , et quodam die dum ignotus quamdam villam transiret occurrit cuidam ex judicibus suis et vidit duos contendentes ad invicem, quorum unus conquestus dixit , emi ab isto quondam domum et habitans in ea inveni thesaurum et invitavi eum ut sumeret et sumere noluit ; ac judex petens ab alio dixit ei : quid respondes tu: respondit, ego nullum thesaurum sublimavi nec meus est thesaurus nec auferam eum. Et ambo dixerunt judici , manda eum accipi et ubi volueris repone; quibus judex vos ad culpam sic creditis me immiscere credentes , sed si rectum et justum petitis aut appetitis quod dixero faciatis. Et tunc auctori dixit : habes filium; respondit, habeo. Et dixit reo, habes filiam: respondit , habeo. Et dixit, recedite et contrahite matrimonium de eisdem liberis vestris, et thesaurus ipse sit eorum. Alexander vero , audiens hoc, admirans dixit judici: nunquam credidi videre homines qui talia judicarent et facerent. Cui respondit judex non cognoscens eum, vero sunt aliqui qui sic non facerent : et respondente Alexandro : Plures esse qui sic non judicarent nec facerent, dixit judex : pluit ne in terra eorum. Tunc plus admiratus Alexander dixit: taliter sicut iste est firmantur celi et terre. Inde dicitur Alexander per quamdam civitatem transiisse in qua vidit omnes domos equalis altitudinis, et in parti habere foveam, et nullum haberi judicem. Quibus dixit , quid est quod video : quare sunt equales omnes domus iste: responderunt, superflue altitudines in edificio cum justitia esse non possunt, nos vero non nisi justitiam querimus. Quibus iterum ait, quare in partis vestris sunt fovee: respondit, quia iste sunt nostre domus ad quas debemus vel habemus celeriter transmigrare. Et dixit iterum eis, quare caretis judice : responderunt , de nobis justitiam facimus, et ideo judice non egemus. Dicitur etiam quod invenerit astrologi supra pavimentum ferreum et sub velo aureo mori debere. Et eodem quadam die pergente multum vi sanguis effluxit ex naribus, quo debilitatus descendit de equo , et tunc unus ex militibus loricam suam accipiens in terram extenderit vel extendens ut sederet Alexander et panno aureo relaverit eam propter mu-

lum (*sic*). Quo viso Alexander ad memoriam reductus est, dixit: mors mea ecce applicuit, et vocato quodam scriptore suo dixit, componas istam litteram quam volo mittere matri mee, que incipit hoc modo: Alexander servus servi filius qui modicum associavit corpus suum terrenis et animam suam statuit alio mundo perpetuo esse propinquam, matri sue dilecte requiem cum qua in domo ista terrena numquam quievit, et necesse sit cras facere iter et morari in domo longinqua, deprecor te, mater, ut nolis mihi fragilitate cum eis mulieribus assimilari sicut ego mei essem his et aliis rebus et actibus veris conatus sum coequari, sciens pro certo quod de morte non dolui quia certus eram de eventu ipsius, et similiter tu dolere non debes cum non fueris arrogans ut immortalem me esse concesseris, scias preterea quod has composui litteras sperans te confortari per eas. Igitur cogitatum meum non patiaris intentione frustrari, et bene nosci quod vel quia ad hoc moror; locus est peyor vel melior ad quod vado, propterea te ergo me mundesequeris et pulcre, et famam quam consueveram regnando habere et de sapientia que jam discui cum tua discretione ac patientia, suscita ne velis aliud modo agere amore mei de quod peto, nam signum amoris est quod faciat quod petit amatus. Scias etiam quod habes te ipsam considerabant respicientes in tua confortatione et de se patre si sua fine meam sustineatur aut spernas matri; meditari etiam in omnibus creaturis quando sit earum generatio et corruptio et utrum reddere corrupta debeant ad materiam de qua fuerint quoque generationes sic perdite preteriti temporis. Inspice etiam quod pulcre habitationes dirrupte jacent; scias etiam quod tuus filius parvorum regum nunquam voluit mores habere, sed altitudinem tui generis sis conformationis solempnis; sciens quod quecunque deus fecit inimico suo sunt modica vel prava, debilia deinde procedendo debilitatur finaliter et fedatur. Rogo te etiam mater ut certificata de obitu meo precipias ordinari magnum locum in quo possit poni multum panis et vini, et invitare facies multos homines de terra Libie, Europe, Macedonie et Asie ad diem certum, et precipias quod nullus remaneat quin veniat regimine comesturus et bibiturus. Et postquam applicuerint, banniri facias quod nulli eorum ad commedendum intret nisi solum qui sinistris accidentibus turbati namquam aut gravati fuerunt. Cum autem fuerit vicinus morti testatus est quod locaretur in archa aurea et duceter in Alexandriam ad sepeliendum et servantes suum testamentum quod statuit complevarunt, assumentes eum magnates heroes et reges S. principatus et sapientes. Et surrexit unus ex majoribus dicens, qui non ploravit de aliis regibus modo ploret, et qui de alio non miratus est eventu modo miretur. Et dixit sapientibus, dicat nunc quilibet nostrum aliquid ad confortandum nos et populum exorthandum. Et tunc unus ex discipulis Aristotelis accedens super archam sua manu percussit eam, et dixit: o bene compositus quomodo obmutuisti, o valde honorate quomodo cecidisti sicut venatoris preda in hunc laqueum cecidi-

sti. Et dixit alter: consueverat Alexander observare argentum et aurum, nunc aurum observat eum. Et dixit alter: expedivisti te a peccatoribus sordidis, et pravis, nunc bonis adheresisti. Et dixit alter: heri hic refrenabat homines, ipse hodie refrenatus est. Et dixit alter: hic heri reges oppressit hodie vero inter nos captus est. Et dixit alius: hic est qui totam terram ambulabat, nunc vero duobus continetur passibus. Et dixit alter: heri Alexandrum (*nullus*) audire poterat et nullus coram eo, modo ipse non audit. Et dixit alter: quanto Alexander altitudine excellentior fuit, tanto gravior est casus. Et dixit alius: non videntes Alexandrum consueverant eo terreri, nunc qui eum aspiciunt non terrentur. Et dixit alter: hic est cui inimici approximare nolebant, nunc etiam amici aproximare contempnunt. Et dixit alius: Alexander heri gentem manutenebat potentia sua, nunc se manutenere non potest. Et duxerunt eum in Alexandriam et cum appropinquarent precipit mater ejus omnibus quod exirent excellentiori modo quo possent, et compleverint quod dixit; illuc vero pervento archa que ante posita matrem, dixit mater: o fili, mirum est quomodo iste qui sua sapientia celum apprehendit, et usque ad extrema terre statuit regna sua obedientibus sibi omnibus obdormivit et excitari non potest O quam magna dona concederem illis qui facerent te, fili, scire qualiter exequor ea que tu suasisti, et hoc nulla alia de causa facerem, vero de tanto dolore meo consolationem reciperem, nisi quia suo me scito addiscesseram ad te. Deus igitur te salvet, fili, vivus et mortuus bonus existis. Alexandro igitur sic comendato sepulture, statuit mater fieri convivium et litteras suas ad hoc per omnes regiones transmittendo circumquoque, conventuque multi populi preconisari facto, fecit neminem debere ingredi nisi illos quibus tristes hujus mundi casus nunquam contigissent. Videns vero quod nullus ad locum intraret convivi, dixit: quare non intretis? responderunt, tu precepisti non intrare quibus tristitia contigisset hujus mundi, ecce non est hic unus expers. Tunc dixit: o care fili, quam similia sunt ea posteriora prioribus qualiter me conatus es completis confortationibus confortare.

Cum Alexander regnare cepit decem et octo annorum erat; duravit sua regnatio xvij annis. ex quibus jx annis processit ad bella et annis octo absque inpugnatione quievit, victoriam habens gentium; duobus annis perambulavit totum mundum ab oriente usque in occidentem, et numerus suorum militum fuit ccccxxxiij milia, preter famulos et alios homines, et 36 anni. Fuit Alexander rubei coloris, lentiginosus, unum occulum habuit sanum alium nigrum, dentes minutos et acutos, faciem leoninam, fuit multum fortis, et ab adolescentia sua usus est belli. Et dixit Alexander: Decet hominem in committendis turpibus verecundum existere tam intra domum propter uxorem et filios et servos, quam extra domum propter occurrentes eidem, et licet quod nemo nunquam eum observet sit securus, ob suam tum obmittat animam, et si hiis omnibus non possit erubescere (negligat) pudeat propter Deum. Et videbat

qualibet die tribus vicibus in suis portis banniri dicendo: O homines obedire est melius quam peccare, inde cautelam habere debetis ex quo confert obedientia et contumaledit (?). Et dixit, non nisi sapientia constat mundus, nec regna ab alio diriguntur, et universa rationi subiciuntur, et lingue ipsis in omnia judicantur. Et dixit, sapientia rectus est nuntius, etsi nuntius vitiatur mittentis unquam invenit pretiosum. Et accidit Alexandrum per villam transire in qua septem regnaverant reges, in qua petiit si aliquis ex genere illorum regum subsisteret: respondentes incole dixerunt, unus est superstes: quibus ait, ostendite mihi eum: responderunt, in cimiteriis moratur semper. Et ipse precepit eum vocari. Eodemque coram ei accedente, dixit ei, quare continue in cimiteriis moraris, statum patrum observare obmittens, et ecce vellem te facere regem loco patris. Qui respondit, o felix rex, habeo nunc aliquid agere, quo facto, faciam quod jubebis. Cui Alexander quid habes agere semper in cimiteriis moraturus: respondit: ossa regia a servorum ossibus segregari molior, sed sic invenio ipsam aliis filiam quod non possum ipsam ab illis dishonorem matris inquirere. Et si magnus es cordis primos inquires honores. Respondit, ymo magni sum cordis. Cui Alexander ex quo respondit quia in qua non est mors vitam quesivi, et absque senectute juventam, et divitias inopie permixtas, et alacritatem carentem tristitia, et sanitatem infirmitatibus exclusam. Dixit Alexander, nunquam vidi aliquem isto discretiorem; et eodem stante uno die in expeditionibus. . . . prout consueverat semper nullus ad presentiam pervenit aliquid petiturus. Tunc dixit assistentibus, istum diem (?) est dies mee regnationis vero imo (?). Et circumstantes dixerunt ei : in exercitu Darii sunt ccc milia hominum, quibus respondit Alexander: bonus cocus non facietur ex multis gregibus. Et intrantes ad eum quidam sui patriarche, dixerunt ei: ex quo nos Deus ampliavit in regnis, ad hoc ut filios habeatis, plures acquiratis uxores. Respondit: non decet a mulieribus vinci qui homines superavit. Et introivit ad eum quidam cum rumptis vestibus bene loquens, et ad interrogata bene respondens; cui dixit, sicut tua ratiocinatio sic tuus vestitus, quod in ornamentis tuo cordi impedisse sicut anime quod meruit contulisti de scientia: cui respondit, o dive rex, rationationem adipisci valeo ex me ipso, vos tamen potestis vestitum concedere ; precipit regio nomine ejus nuditatem sublevari. Item duxerunt coram ei quemdam latronem, quod suspendi precepit, ad quod latro dolens, commisi quod amisi; ad quem Alexander, propter ea te dolentem suspendent. Et introivit ad eum quidam dicens, o Rex jubeatis mihi dari decem milia moravitiorum: cui respondit, non meritus es; et dixit, si non meritus suum habere vos dare meremini. Et requisivit platonem sapientem de quid decet regem pauperem agere semper; respondit: de nocte cogitare de bono regimine populi, et de die perficere cogitatum. Et interrogaverunt eum, quid acceptabilius tibi fuit ex hiis in quo tuo quesivisti dominio : respondit, quia famulantibus mihi ultra quam multi fuerint com-

pensatis servitiis potui providere. Et dixit Alexander, quibus hominibus in meis regni negotiis consulo: respondit, qui servos habet et subditos et bene gubernat eos hunc supra tuam institue militiam; Et qui hereditates possidet et eas decenter procurat super proventibus tuis, ipsam procurationem constituas. Et increpabant eum, quare ipsemet pugnabat: ad quod respondit, alios pro me pugnare me manente in quiete inconveniens censsetur. Et dixit ei patriarca: plures habemus captivos et servos; respondit, volo servorum domus esse qui deus liberorum existo. Contendentibus coram eo duobus, dixit eis Alexander, uni vestrum. . . . placet alio displicet: assentiatis igitur medietati et placebit utrique. Et dixerunt ei: quare magistrum tuum patre tuo magis honoras: respondit, quia a patre vitam ad tempus possideo, a magistro vero sempiternam. Et dixit, in meo dominio non est prohibere quam me offenderent; habeo potentiam ex hiis vero ulcisci. Sermocinatus est coram eo quidem predicator et longum sermonem egit et tedio affectus Alexander dixit: non est laudabilis predicatio que juxta predicantis vires effunditur; sed juxta possibilitatem audientium fiat, tunc est bona. Et interrogavit unum ex hiis qui secum morabatur qualiter amor hominum requiritur: respondit, per beneficia que fiunt vel conferuntur eisdem si suppetant facultates; si vero non suppetent non inferas lesiones. Et dixit, homines ex inimicis magis quam ex amicis sibi proficiunt, quod inimici dum interest errores improperant unde alii corriguntur; amici vero interesse suos non properant errores, ymo pocius occultantur, propter quod non abstinent ab eisdem. Et quesierunt ab eo: quare sic juvenis existens tante fuisti posse: Respondit, quia conatus sum multa bona habere et totaliter donando factus sum potens. Et dixit, amissor est, qui bonos perdit amicos non qui filium vel thesaurum. Et dixit homines suspirare ad beneficia tua est melius quam eos timere te de inflictione dampnorum. Quadam die cum Aristoteles aliquos filios regum cum Alexandro doceret, petiit idem Aristoteles ab uno illorum sic: dixit, quum regnabis quid tu mihi facies? respondit, omne meum negotium in te ponam; tunc dixit alio, et quid tu? respondit, partem meam vel regni mei tibi tradam; tunc dixit Alexandro, et tu quid facies: respondit, magister, super eo quod in craslino tibi securus sum tu hodie non requiras; sed de eo quod nunc tibi vis agere dum si placet inquire, nam si sicut tu dicis regno tum faciam quod reputabis convenies agere talem et tantum tibi tanto. Et dixit Aristoteles, indubitanter scio te regem magnum futurum quam tua natura, sicut faciei signa ostendunt. Et dixit cuidam suo vice-domino qui longo tempore moratus est cum eo, qui de nullo vitio in eo existente increpuerat eum: non delector in tuo servitio. Qui respondit, quare domine: et dixit, quod homo sum et ideo non doleutur in minuis ab errore (?); si igitur tanto tempore errorem non percepisti, es ignorans; si sciens occultasti, es fraudator. Et dixerunt Nichomaco, quum tam alacriter facti sunt obedientes homines Alexandro;

respondit eis, propter id quod vigent in eo virtutes justitie, bone conservationis vite et regiminis excellentis. Et consueverat Alexander suos informare clientes, dicens: honorate parentes vestros, amicos, et bene facientes vobis similiter. Et quesierunt duo homines filiam divitis in uxorem, unus dives et alter pauper, et dare maluit pauperi quam diviti: et dixit Alexander, quare hoc fecisti: respondit, quia dives et ignarus est habilitatus fieri pauper, et pauper et sapiens est habilitatus fieri dives. Et quesivit Alexander a quodam sapiente, cum quibus regnorum regimina diriguntur: respondit, cum obedientia et justitia regis. Accedit Alexander preliari cum quodam, et supervenientibus mulieribus ad preliandum cum eo, noluit pugnare dicens: hec est militia quam victa, ex hoc non reputaremur prudentes; et si vincemur ab ea, vituperium perpetuum esse nobis. Et dixit, benefac si tibi bene volueris fieri. Et dixit, quam turpe est vel quomodo turpe est pronuntiare aliquid et opere non complere; et quam pulcrum est opera dicta facere vel perficere. Dixit, laudabilis liberalitas est eorum qui alii possident ambitiosos non esse. Et instruxit eum pater ad audienda documenta magistri; qui respondit, non solum audire cupio, sed etiam audita complere. Et dixit, turpis est discretionis quam divitiarum habere defectum, et cetera.

DICTA PTHOLOMEI.

Ptholomeus fuit valde intelligens in quadrivialibus scientiis ex maxime in astrologia, et libros plures et nobiles edidit, et unus ex eis fuit magnus et completus liber nominatus Almagesti. Natus fuit in Alexandria majori que est in terra Egipti; illic fecit suas considerationes tempore regis Adriany, et fecit suas rationes super considerationibus abrachis quos consideravit in Rodes. Et Ptholomeus non fuit rex sicut aliquis crediderit, vero nominaverunt eum regem Ptholomeum sicut alius vocatus est cesar. Fuit autem Ptholomeus bone forme, albi coloris, habens in maxilla dextera rubeum quoddam signum, habuit et nares et dentes et os parvum, boni et dulcis eloquii, fortis ire, dubitabilis multum: multum equitabat et parum comedebat et bene redolebat. Obiit, in lxxviij anno. Et dixit, convenit sapienti quod de Deo erubescentiam habeat, ut in alio plusquam plurimum non meditetur. Et dixit, sapiens est qui in Dei eloquentia statuit et roborat linguam suam; et insipiens est qui non cognoscit etiam semetipsum. Et dixit, morti quanto magis fueris proximus, tanto plus bonis operibus invalescas. Et dixit, in corde stulti sapientia non quiescit, nisi velud transsiens abire festinans. Et dixit, bona instructio seu servus (?) discretionis est socia, et hominibus gratus est in tempore suo Et dixit, non moritur sapientiam habens, nec intelligentiam (*habens*) pau perescit. Et dixit, sapientes sint velud extranei qui sunt plures ignaros converssantur. Et dixit, sapientia est arbor que frondescit in corde, fructificatur in lingua. Et dixit, quanto hu miliores sapientes extiterunt, tanto discre-

tiones habentur, velud concavus locus plus aque continet quam convexus. Et dixit, insipientium sunt delicie sicut orti sunt fimi, et sunt quilima (?). Et dixit, non nisi cum noscente veritatem disputare intendas, nec impendes nisi petenti consilium, nec nisi bene conservati tuum pande secretum. Et dixit, cum vivere cupis contra adversitates adapta te eis. Et dixit, grandem efficit tristitiam arcta domus. Et dixit, ex recto quod protuleris potius quam ex eadem prolatione leteris. Et dixit cum irasceris non sit ira tua durabilis, vero indulgeas ob potentiam parcere non obmittens. Et dixit, bonorum corda secretorum sunt castra, et qui ab hominibus non corripitur ab eo homines corrigentur. Et dixit, qui juxta consilia postulat, quo et mandatur si notum assequitur aut erraverit non culpatur. Et dixit. qui suam occultat scientiam non est de non errando securus Et dixit, qui tua donaria recipit, liberalitatem pro mortuam, nam si receptor obesset non esset liberalis, vero non existeret liberalis. Et dixit, dirigere populum est melius quam militia habundare. Et dixit, malum malo exime, quia ferrum non vincitur nisi ferro. Et dixit, securitas singulorum aufert tristitia plurimum et solatia demit timor. Et dixit, sicut cibus et potus egris non confert, sic cordibus mundi amore perplexis non conferunt verba Dei. Et dixit, quanto quis in suo dominio se magis extulerit tantum cum eo privabitur majus sentiet detrimentum. Et dixit, dissolens est que non delicie a . . . finis medicatione eripiunt, nec quicunque grandis et inopinatus eventus a finis expectatione se ducit vel subducit. Et dixit, non est res adeo grata Deo quam illis qui te offendunt bona conferre. Et dixit, si sapientior volueris ad rudes et justi (?) omnes non advertas, sed ad eos qui sapientia te trascendunt. Et dixit, quousque finis pertingat extremum sua spe anima non frustratur. Et dixit, deterior inimicus quem aliquis habere potest, est habere animam Et dixit, bona voluntas boni fundamentum operis est, et opus bonum est alterius mundi legatus. Et dixit, malum remittens oppositionem et bonam assumens cor habet quietum et omnium amorem gerit.

DICTA ASARONIS.

Asaron dixit, quinque de causis rex dampnificatur, primus est tempore ariditatis excessus, itaque uno anno pluvia post alium succedatur; secunda est errarii sue conservationis et thesauri defectus; tertia est mulierum, vini, venationis et laxamenti multiplex usus; quarta est malos habere modos inique agendo et in penarum afflictione esse crudelem; V est plures inimicos et adversarios habere. Et dixit, mores elegantiores quos habere possibile est esse liberalem et verecundum. Et dixit, liberalis vivere non potest, nec vituperari potest verecundus, nec humilis odiri, nec moderatus commestionibus egrotari, nec penitens esse ad negotia propria bene attendens. Et dixit, non oportet regem in eo quem despiciet confidere, nec in cupido multum consiliari, nec in eo qui multum transiit

vel transivit inopia, nec in eo qui penam meruit quia commisit errorem, nec in illo quem dominio privavit et bonis, nec in eo qui passus est dampna, nec in eo qui amicitiam cum inimico contraxit: verum necesse est talibus nullam concedere potestatem, et si est possibile eorum carere suffragio, in nullo eis incumbens. Et dixit regi, famulantibus expedit suam ostendere virtutem et fidem, et nobilitatem generis sui, ut conscius rex status et conditionis uniuscujuscumque ipsorum cum eis possit sua promovere negocia et, ut expedit excepito (?) in mandare. Et dixit hoc, regem a fraude non eripit, et medico veritatem occultat, et debitum pandere secretum non precidit amico, infamat semetipsum. Et dixit, decet regem sua negocia illi committere, quam fide et sensu probavit, et si talem habere non poterit, qui cum sapientibus et bonis converssatus est illi committat. Et dixit, sapiens et intelligens invalescit consultatione providentium, sicut in infusione olei lumen ignis. Si rex felix extiterit sua bene negotia, et si sapiens sapientia sua roboratur in tempore, et si verus populus gaudebit in tempore cum eo, et si justus, regnatio sua durat. Et dixit, oportet regem aliquod regnum acquirentem, ut ipse justitie observator observet; quia plurimum est grave regnum acquirere, sed gravius est observare. Et dixit, sensum complectior est qui semetipsum cognoscit, licet plurimum habundet in bonis; et qui obedire Deo numquam desinit quacumque occasione contingente, sed continue ad gratam ipsius retributionem intendit. Et dixit, velud nubis umbra non permanet, sic malorum amor et lex iniqua non durat. Et dixit, dampnum a se sapiens conatur ejicere, et ad se ipsum trahere sepe molitur ignarus. Et dixit sapienti, qui regi adheret, ut si viderem eum aliquid agere scilicet aut regno aut populo noscivum recitet ystorias et exempla que in simili negotio contingerint, ut a tali facto desistat, eo tamen referat modo quod illa non percipiat pronunciata pro eo.

DICTA LOGINONIS.

Loginon fuit niger in Ethiopia natus discens scientias in terram seni. Extitit vero tempore Davidis (1) prophete. Hic fuit cujusdam judei emptitius qui ipsum emerat pro   solebat itaque domibus suis ludere cum taxillis, et ante portam ejus fluvius qui eam currebat: igitur cum quodam die ibi luderet, ibidem cum quodam dixerit ad invicem, quicumque nostrum perdiderit faciet victoris voluntatem, aut hauriet hujus fluminis aquam. Cum vero dominus perdisset, dixit vincens bibe aquam fluvii sicut conventum est, aut fac quod dixero: ad quem ait paratus sum facere sive stare judicio tuo. Contra ait victor vel demam occulos tuos, vel quidquid habueris dares mihi. Respondit victus hujus dici terminum mihi concede; ad quem victor, annuo. Et remanssit eodem die cogitans mul-

(1) Nel Codice DD, come anche appresso

tam usque sero; tunc Loginon cum fatse lignorum super humeris ad domum domini rediens, depositis lignis salutavit eumdem. Cui nullum verbum respondit dominus, licet alias consueverat eo viso letari et ridere cum eo ob bona verba que referre solebat. Et dixit ei Loginon, domine, quare sic es tristis; et ille nihil locutus est. Loginon iterum allocutus est, vel iterando alloquutus est eum dicens: obsecro, domine, ut mihi discas meroris tui causam; forsitan potero aliquid adhiberi remedii. Et loquutus est dominus, sibi aperiens totam seriem rei geste. Ad quod Loginon, nullo cogitatu torqueris, quia bonum consilium tibi dabo. Dic victori: aquam fluminis obligavi me bibere, que riberia vel riveria continet tantum, aut etiam omnem aquam que deinceps fluendo ad ipsam riberiam perveniet? Et certus sum ego responsurum eumdem ut aqua que nec continet riveria ipsa bibas: et si hoc dixerit alleges eidem aquam fluentem continuo ad ipsam riberiam compesce et tunc bibam illam que ipsa riberia continet, que fluentem aquam continere non poterit et sic prevalebis in eum. Quo sic exposito valde letatus est dominus et die altera subsequente venit victor eum inquirere, ac videns sicut eum Loginon informaverat allegavit et obtinuit in causa, videns hoc modo propter quam dominus contulit beneficia multa Loginoni, et ex tunc sapientia Loginonis singuli perceperunt. Et vidit quidam Loginonem cum bonis hominibus conversantem quibus recitabat orationes multum pulcras et bonas, cui dixit: non es tu ille qui tali loco mecum custodire greges sollicitus es: respondit, sum: et dixit ei, quis igitur ad hunc statum te perduxit: respondit, veritatem proferre, fidelem existere, et super re inutili non curare. Et ove quadam occisa dominus dixit eidem quod de meliori ovis loco partem ei tulisset, et accedens attulit ei cor. Et dicunt, cum quadam lx die anni audivisset vocem dicentem: vis dominari terre, respondit: si Deus voluit sic esse obediam ei, et si me patietur eligi, eligam pacem. Et dixerunt ei, quare non vis rex effici? Respondit, quia si recte judicavero increpationes hominum vitare non potero; et si erravero et semita paradisi dimittam, ego enim in hoc mundo vilipendi et vexari magis eligi quam potens et honorandus in eo existere, quia qui alium mundum alienat ab isto utcumque amittit, Dominus exaltavit eum et sapientiorem tunc statuit super terram. Et videns David conferentes inter se homines, eo tacente, dixit ei: quare non loqueris ut alii faciunt: respondit, quia non nisi de Deo est bona collatio, nec bonum silentium nisi de incogitatu dominio. Et dominus Loginonis ampliavit eum in bonis, et ipse incepit ea distribuere in elemosinas, sine pignore ad cautelam ad commodando pauperibus, dicens cum largiebatur: accipe cum Dei homagio et mihi restitue anno completo: et obmultiplicavit eum Deus in bonis. Et dicunt quod Loginon postquam factus est multum sapiens se substraxit ab hominibus et ipsorum malitiis, et posuit se inter arenale vel altare et templum ibidem in solitudine stetit usque ad obitum. Et predicans filio suo dixit: fili, sis abstinens, et preterea vel propterea cum anima tua preliaris,

nam si abstinueris a rebus per Deum prohibitis, abhominans mundum, despiciens contingentes eventus vel mortem, plus appetens eam semper. Fili, malum vitare et insequi bonum coneris, quia bonum malum mortificat et melius est, dicens malum non alio quam malum dampno erit ; nam si veritatem proferent ignem igni adjungerent et ignis taliter non extingneretur, sed noscas malum non nisi totaliter bono privari, quemadmodum indestruxit aqua ignem. Ffili, de Deo loquere semper, quia Deus de se loquentem disponit. Et dixit, fili, utrisque occulis tuis tua operatio antepone, et opera tua jam peracta. Post terga, fili, cum peccatorem videris non improperas peccata commissa, sed memor eris tuorum, quia non nisi pro tuis operibus requireris. Fili, amore mundi hujus tuum non impedias animum, quia non propter ea in hunc mundum venisti, nec creavit creaturam Deus potius in hoc mundo despectam, nec statuit suum gaudium obedientis mestitie, nec infidelium penam sui disponit tempestatem. Fili, modicum tibi sufficiat et satisfaciant habita, et quod habet alius non affectes. Fili, virtute te tempera et sapientia replearis, cum hiis qui de ea confernnt moliens iugiter conservari ; ab hoc enim vivificabitur sapientia tua. Fili, sis mansuetus et benefactor et multe cogitationis, modice nisi in veritate loqueris, multiplicis luctus non derideris, non rixeris, non contendes, cum tacueris cogitas in silentio: enim semper bona succedent. Ego tamen nunquam de taciturnitate penitui, sed aliquotiens penitui de loquela. Fili, non sis magis te sollicitus qui conctis horis nocturnis aliis agitatus cantat. Fili, Deum time et hominibus vanigloriosus non ostenderis. Fili, ex eo quod non est in te, et quod tibi homines attribuerunt nec frauderis, nec de

alicujus seducatis ignari dicentis, quod manuteneas margaritam et non teneas gypsum. Fili, in his formeris quibus dominus te instruxit, quia bene scire est istud quod proficit, nec sapientie nisi eam ymitaris que potest gustare profictum, que enim sit et eam deseret non gustabit. Fili, qui magis Deum cognoscit magis veretur eum. Fili, addiscas bona et doceris, quia doctorum eloquia fontium aquis equantur, quibus uno die post alium sibi succedunt consequenter. Fili, scias quod insipiens et infelix est si loquatur quod sua sibi obstat loquutio ; si se sileat minus valebit silentio ; si operabitur, malum perdidit opus ; si studuerit frustra ponet expenssam; si ditabitur, finiet; si pauperabitur, desperabit ; si prevaleat aliis, superbiat; si minus valeat, se submittet ; si petat, petat contentiose; et si ab eo petatur, dare negabit; si quod dederit, improperabit; si concedatur eidem, non gratificabit acceptum; si secretum sibi commiserit, te suspectum habebit; si minus te potens erit, parabit mala; et si potentior, violenter tractabit; si commutaberis eum, molestaberis eo; et si ab eo dissociaberis, te sequitur; et qui corripit eum non proficit, nec ejus correctio finem habet; sui socii non letantur in eum, nec eum intuitum obedit; si loquatur, dicta non contestatur ; si alii sibi loquantur, non intelliget eos; si letatur, sine modo letatur ; in adversis patientiam ne-

scit uti; si rogatur ut indulgeat, parcere denegat; non est benefactor, sed deceptor, eo quod opinatur malum; contentus est, licet cum sapientibus discordet; et se male agentem bene facere reputet; tenet se sollicitum cum sit piger et negligens; et pro bono cum malus existit; et pro sapiente cum sit ignarus; et si veritas suo voto consonet eam diligit et commendat; si dissonet, vituperat et aborret; si cum sapientibus studebit nec humiliabit se nec absculta-bit eosdem; si studuerit cum minus eo scientibus, eos despiciens derridebit; et benefacere indicit, et ipse malefacere non desistit; et precipit veritatem proferri, et ipse mentitur, discrepans facta dictis, nec quod corde gerit lingue coheret; mundum istum pro olio comparat; si sapiens non fueris te docere non curat; et si sciveris, minus eo et derridens doceri despicit; si fueris dives, te nunciabit austerum; si pauper nullius valoris te dicet; si bene egeris, ob ypocrisim te id egisse narrabit; si male, diffamaberis ab eo: si donaveris, vastatorem, si non, te vocabit austerum vero vocabit te avarum; si mansuetus fueris et humilitas haberes, ypocritam nominabit; et si elongis ab eis dicit prerrogativam vero prerrogativam te fecisse — Mores vero sapientis felicis sunt bona conscientia, justitia, bene agere, scientie sollicitudo, indulgentia, humilitas, loquutio suo loco, eodem modo silentio. . . . . liberalis petentibus, sapientis pro sua tua monstrabit, si movebit ferat, si loquitur intelligat, allegati si monstraverit mansuete monstrabit, si didiscerit bonas questiones movebit, si bene faciat ei gratificat, si secretum commiseris ei non revelabit, et ipse si tibi committat de te confidet plene, si ditabitur non finiet, si non, obliviscitur, sive pauper sive dives sua proficit predicanti, credit majori se, non adversatur nec despiciet se minorem, in quo jus non habet non postulat, est responsioni gratus, quod ignorat non profert, suam non celat scientiam, auxilietur hominibus, et ipsi cum eo quiescant, ad veritatem animam cogit velit ipsa aut non, suscepit sensum, sensum eorrigenti corrigitur, cito ad bonum labitur et ad malum tarde, constans est in bonis operibus et lentus in malis, cum testis fuerit ejus testimonium erit verum, si judex juste judicabit aut equum, in cunctis fidelis decernitur, pro malis bona impendit, aliena non appetit, extraneum se reputat mundo huic, non habet nisi exitus cogitatum, bene facere precipit et ipse bene facit, malum prohibet et ipsemet vitat istud, quod corde gerit et quod lingua profert concordat, et similiter lingua factis. Fili, intellige sapientiam et ejus proprietates omnes eidem pertinentes, et excommunicare in ea nec in alio cogites: cum acquisieris eam leteris, sciens quod non nisi cum mansuetudine acquiritur ipsa, nec absque lingue custodia; nam lingua est armarium et sapientie hostium, quod nisi laudabiliter observetur qui voluerit introibit, et si hostium observabis armarium salvum erit; et lingua est boni et mali clavis, igitur sigilla eam sicut aurum et argentum tuum sigillas. Fili, noli amittere et aliena servare, quia tuum est quod pro anima tua erogas, et erit quod post dies tuos

alienum. Fili, de sapientia honora qua despicientibus non efundes, nec petentibus eam neges. Fili, duo sunt ex hominibus hujus mundi solliciti, unus est cui altitudinem et nobilitatem comminuit Deus, et ipse nihilominus ad alterius mundi sublimitatem et nobilitatem conatur; alter est habens victum exiguum et sustinet donec veritatem propendit, et servit admodum Deo. Fili, qui miseretur ejus miseretur alter, vero miserabitur alter; qui tacet solus existet, et perditioni deditus est non cohibens linguam suam, et penitet qui mendatia profert, malum abhorrens sui ipsius est custos. Fili, sustinentis injuriam vita clamorem, quia non est clamor in mundo sic Deum provocans nec pro quodam celeriter possit impetrari responsum. Fili, quod habes et sufficiat tibi non optas aliena, nec concupiscas quod scis habere non posse. Fili, predicationum verba licet sint gravia attente recipias; infelix enim est audiens et non proficiens in eo quod audit ab eo quod novit; sed velud profecturo abscentans quod videt pertransiens velud cecus. Felix vero est ex quo quod novit profictum assumens, et ad verba intentius eligit meliora. Fili, associa te illis quos diligit Deus, et quibus gratum ostendit vultum, et associaberis illis qui de moribus fuerum apud. Fili, cum Deus benefacit tibi gratias age, et sis humilis benefaciens exinde minus habenti. Fili, ex multis que commiseris operibus non efficiaris elatus; nescis enim si grate aut non recipiat ipsa Deus cum quodlibet aliquid adversi contineat operis, vero adversum est electio mentis. Fili, cuncta mundi ablata mente habere non potes, vero illis lucrari conetis quod te magis propinquam facit esse deo. Fili, conformes te Deo in diligendo sibi obedientes, totaliter abhorrendo inobedientes. Fili, nihil Deo acceptabilius bono sensu; sensus vero bonus non nisi conditionibus decem proficitur et sunt iste: non apreciari seipsum, bene agere, necessariis ad vitam esse contentum, bona erogare pro Deo, querere honorem post dedecus, non cedere cunctis diebus, perquirere scientiam et non gravari, querentibus conferre amorem et te modico amoris alterius petendo gravari, et quo magnum Dei acquiritur premium; decima est reputari omnes se meliores et singulis se pejorem, nam homines sunt duorum modorum: alii sunt meliores alii pejores, igitur humiliandum ambobus decernitur meliori, s. ut qualis ipse est talis fiat, pejor ut credas bonus ipsius lateat interius exterius non pateat. Fili, Deum honora ut pravam non habeas uxorem et nihilominus vitam bonam, nec mulieres raro declinantes ad bonum facile recedunt ad malum. Fili, mercare cum Deo et absque capitali lucraberis. Filii, ex hiis que noscis alium instrue, ex scientiis sapientium scientie tue adjunge, malis non te associes, nec similis reputeris eisdem, nec de doneo (?) confidas in qua vivis hodie, in crastino forte morieris. Fili, cum sapientibus jugiter conversare, quia Deus sapientia vobis corda illuminat, sicut pluvie irrorat terram. Et dixit quod sepultura Loginonis sita sit inter arenale, locum sit ubi forum ibidem lxx prophetarum facte sunt sepulture que mortui fuerunt omnes post Lo-

ginonem, quos prophetas obsederunt filii insimul, et quousque fame singuli perierunt et cum Logynon morti appropinquaret ploravit. Cui dixit filius: ad quid ploras pater, agis hoc timore mortis aut dolore mundi quem deseris: respondit , ob nullam ex istis causis ploro , sed ex eo quod habeo grave iter pergere , et fortes restant transiveandi transsitus modicum fore victus, et honus grande, ignorans si alleviatur honeribus illis priusquam itineris illius capud attingam , aut non. Et hiis factis obiit. Et dixit filio suo , fili, Deum time nec ostendas eum timere, ut ab omnibus honoreris. Fili, cum ad locum perveneris ubi de Deo loquuntur morare cum illis, quia si sapiens fueris sapientia crescet, et si indoctus instrueris ab illis, et etiam si dominus fueris benefaceris eis particeps eris in bonis ; et in loco in quo de Deo non loquuntur homines non quiescas, quia non proficies in sapientia si sapiens fueris, et in ignorantia cresces si fueris ignarus, et si dominus contra illos turbetur eris particeps mali dampni. Fili, verecunderis de Deo quacumque contra te fueris, et timeas eum in quam majorum posse existis. Et dixit, investigatio est scientie medium, et hominibus blandiri est medium servus, et vite moderatio est medietas victus. Et dixit, quodadmodum inimicus fit doni largitione amicus, sic amicus fit superbia inimicus. Et dixit, qualis sit servus eloquium, igitur qui profert investiga.Et dixit, in recomendatione si homo quiescit et mendatium est, et non ut credatur eidem. Et dixit, non credenti tibi in mores non referas nec petas ab illo que tibi donare, et quod non potes exequi non promittas, nec deposcas aliquod quod non es te habere securus , et illud quod habere non est possibile non attendes. Et dixit, cave a cecitate mendosi que sibi vitare non poteris non credas eidem. Et dixit, fili, ad sedendum in altiori loco domus aut palatii non accedas, quia melius est quod transferaris altius quam inferius subducaris. Et dixit, plures studiosi invidi sunt, quia quibus non invident magis habere credunt. Fili, exortor te ut Deum timeas quia rectum est et utile tibi, nec de cogitando in eo vacillet cor tuum , quia loqui de Deo sic alias loquelas extollit, velud Deus ipse cunctas creaturas. Fili, in divinis servitiis non erres alicujus increpatione coactus. Fili , orationem fac tibi in Deum, quia sic oratio velud navis in mari; quod si pereat omnes cum ea peribunt, et si evadit evadent omnes. Mundus quod singulis diebus ac noctibus cogitas nullius est precis, sed quam ab eo exibes necessaria tecum deferas invitaris. Et dixit , quanto te rex magis exaltavit, tanto magis honora eum. Et dixit, quomodo quis potest alterum sibi subjicere cum non potest suam animam subyugare. Et dixit, bona voluntas est unum ex bonis quibus Deo servitur, et laudabilium auditus est unum ex gratis moribus, sensus et boni habitus est esse liberalitas quedam , et grata responsio una est bonis sciendi consuetudinibus. Et dixit, si aliqua legatione nuncium expediat mittere sapientem transmittas , in cujus deffectum tu ipse incedas. Et dixit, qui pro altero mentitur illi non credas quia similiter de te mentietur, quia facilius est montes de loco

trasferre quam non potenti capere capiendi tradere in totum. Et dixit, non committas anime quod erubescis hominibus pandere; de Deo enim magis quam de hominibus verecundari teneris, nec sis perfidus, quia perfidia sanguinem turbat et mores; vero cupias magis audire quam loqui. Et dixit, cavete vobis a malis hominibus et corda vestra sanabuntur, et corpora vestra quiescent et vesti commodo sentietis. Et dixit, duo sunt patientie modi: unus est hominem pati quem odit, quia hoc facere rectum est; alius est pati quod tua voluntas prohibet facere eo quod istud agere non sit rectum Et dixit, tres homines non nisi in tribus rebus cognoscuntur, patiens enim non nisi in iracundia sua cognoscitur, nec agonista nisi in pugna, nec nisi in necessitate amicus Et dixit, deteriores ex moribus, scilicet amicum suspicere, secretum pandere, in quolibet confidere, confabulari in non utili multum, et bona acquirere de manu pravorum. Et dixit, duo sunt non rectificanda consilio, scilicet infelicem proficere et obesse felicem. Et dixit, debilitas quedam est rem imperfectam habere perfectam vel pro perfectam. Et dixit, cogitatio est speculum hominis in quo suam pulcritudinem et turpitudinem conjecturat. Et dixit, nec suspitiosus fueris quia sospitio incerti et amicorum quecumque amorem abscidit. Et dixit, servus absque doctrina arbor fructifera reputatur. Et dixit, ylarem vultum ostendere et salutare homines in dando, recipiendo quod liberalem esse et partem adverssantium non habere hominem faciunt esse dilectum.

DICTA ERELII.

Erelius dixit, cum deterioratur tempus dispiciuntur virtutes, et decidunt, vilitates non apreciantur et procedunt, et divitis timor pauperis timorem excedit. Et dixit, melius nobilis obitus quam dominatio vilis. Et dixit, unam ex felicitatibus hominum est bonum habere socium, igitur bonis associeris et unus eris ex illis. Et dixit, non est in mundo iniquius quam facere injuriam impotenti. Et dixit, si delinqueris converssus vel confestim peniteas, nec differas in crastinum quod hodie commisisti. Et dixit, qui te bonum existimat eum stude reputare sincerum, et pro bono habeas qui te pro bono eligit sive humilis sive sit altus. Et dixit, non potest multum precipere qui anime sue non precipit. Et dixit, si amorem tuum cum amico volueris durabilem esse, eum bene agendum informes.

DICTA MEDARGIS (1).

Medarges fuit remissi coloris, magnarum aurium, magni capitis, parvorum oculorum, gracilis persone et multi silentii, debi-

(1) In sul principio leggesi *Fedarges*, in seguito *Medarges*. Io ho creduto di seguire quest'ultima lezione.

lis eloquii et blandi, bonorum dentium, tenebat semper in manu sua (*baculum?)* in cujus summitate erat sculpta figura lune. Et dixit medarges negotium hominis in hoc mundo duabus de causis dirigitur : una est scientia qua dirigitur anima, alia est sollicitudo qua dirigitur vita. Et dixit, timor dominandi multa pericula malefactorum abigit. Et dixit, nobilitas generis ad fructificandum scientie suffragatur; et divitie bone nobilitatis animam et sue sunt refrenatio voluntatis, et homini intento fit animam a turpibus coercere, et suam compescere voluntatem: cum hiis enim bona fama acquiritur, hominem delectatio et fit acceptus. Et dixit, excellens est iste qui spatiosi est animi, et cujus sensus superat ejus iram. Et dixit, sufficiat tibi servus bonam ostendens semitam, et demere faciens a malo. Et dixit, in mundo nihil est deterior quam generositate et doctrina carere. Et dixit, quam laudabile et honorabile est cum mundi hujus bona et alterius acquiruntur per eum. Et dixit, sensatus non delectatur lucrari a rege nisi quod lingua modica et opere bono acquiritur. Et dixit, bonus dominus est qui velud corpus suum conatur regere populos; et qui non sit operose opprimit eos ut suum abhominentur dominium; et qui non taliter statuit absolutas quod despicere videantur mandata ipsius. Et dixit, gratius beneficium est antequam prius petiatur inceptum. Et dixit, tuo sensu animam conare regere, et tuum scire speculum statue in quo tibi latentia tua facta exaltent. Et dixit, cum inimico pacificari studeas licet fortitudinis sis securus et tue potentie. Et dixit, qui suspitionem diligit bonam vitam habere non valet. Et dixit, nihil est quod majorem bonum potius efficiat quam vitare superbiam. Et dixit, iste sensu complectior est qui suam coegerit voluntatem et qui magis concupiens elloat (*sic)*. Et dixit, grati ingratus iste decernitur qui non contentus est bona gratificare collata, vero quod pejus est denegat illa, et ab hoc premia nulla impendit. Et dixit, qui non nisi equum exposcit, humiliatus est vincere inimicum.

DICTA MESILI.

Mesilus dixit, jucundis eloquiis non frauderis et dulcibus que pro malo feruntur, quia quidam cum dulcibus venena permiscent; nec verbo turberis aspero pronuntiato in bonum, quia medicine inducentes plures amare sunt et saporis ignare. Et dixit, decoris cibis turpe non est esse sollicitum ut nocumenta videntur, et in cibis anime quod non sint pravi et nocui curiosi non sumus. Et dixit, turpe est naute navem nisi proprio vento committere, et nos ad bona et mala absolute animas exponimus nostras Et dixit, expediet scienti corpus anime sicut instrumentum artifici comparari, quod corpus utilius et anime operibus expertius id requirat, contraria fugiendo. Et dixit, quicumque grandis consilii, ut sic bona plebi commendet, ut de propria turpia anima abigat, quia consulere cuicumque vel cuiquam et ipsum honoribus extollere,

sibi non, impendere consilia prava et vilia est iniquum. Et dixit, sicut turpe est corpus immundum esse et sordidum, et pannis suis cere et pulveris esse vestitum, ita turpe est animam pravis esse maculatam operibus. Et dixit, tenemur uniuscujusque membri servare naturam et maxime principalis, quanto magis ergo tenemur tueri anime partes, et maxime principalis, que dicitur intellectus. Et dixit, sicut adherentes sensibus solum, autem presentiam terreni regis non presumunt irasci ; sic spiritum adherentes timorem regis celesti, ante cujus semper existunt presentiam; commoveri non acceptant. Et dixit ei qui dixit, quid faciendum est ut non irascatur homo, respondit: memoretur assidue qualiter sui non est ut obediatur ei continue, sed ut quisque obediatur ; nec ut serviatur ei jugiter sed ut alii serviat ipse alteri ; nec ut imperet aliis semper, vero ut imperetur vel inferatur eidem, et dominus circumspicit omnia: quibus sic consideratis non vexaberis ita vel modico turbaberis si turberis. Et vidit quemdam virum valde pinguem cui dixit, multum conatus es extollere carceris tui murum. Et dixit, cum opportunum fuerit te corripere aliquem non sic te gerere decet velud si de inimico velles ulcisci, vero te ut findens aut cremans suaviter morbum periculosum exponas; et si expedierit rectifficari te ipsum sic te offeras ut medico se offert infirmus.

DICTA GREGORII.

Gregorius dixit, in Deum statuas principium negotiorum tuorum et finem; scire stude omnia ex quibus elige meliora, mala res est paupertas, sed divitie male pejores, si bene feceris assimilari te Deo scias, contine corpus tuum et alliga cathenis ut non prevaleat sensui, iram compesce, assume scientiam loco candele illustrantis. In vita quod non est esse non cogites quia mortalis existis; alienigena te reputes et alienigenas honorabis ; cum prospere successerit navi tue tunc ipsam timeas submergendam ; decet grato vultu recipi quidquid a Deo venit; ira bonorum eligibilior est honore pravorum ; non divitum sequeris ostia sed prudentum ; res modica que potest invalescere non modica reputetur dedecorum ; tollera modicum et laudaberis; dehonestare aliquem etiam solo verbo primus error invidie est.

DICTA GALIENI.

Galienus fuit unus ex octo medicis precellentibus in arte medicine sive phisice, qui fuerunt capita sectarum et magistri magistrorum. Et primus ex eis Eusculapius a quo processerunt omnes alii antiqui medici; secundus fuit Gnosus; tertius Ninus; quartus Parmenides; quintus Plato; sextus Eusculapius secundus; septimus Ypocras; octavus Galienus, magnorum medicorum postremus ; post

non fuit alter medicus nisi eo minor, aut discens ab eo (1). Natus fuit non paulo minus ducentis annis post Christum et composuit bene quadringentos libros inter magnos et parvos, et majores ex eis sunt bene explanati in xlij ; in hiis student volentes comprehendere medicinam. Pater quidem ipsius multum erat attentus in ipso, plura expendens tam erga exponere magistrorum quam in evocandis eisdem a longe. Galienus itaque natus fuit in Pergamo civitate Asye; Athenas, Romam et Alexandriam pergens pro ademptione scientie, medicinam vero didiscit Nino, et quibusdam aliis magistris geometricam, grammaticam et alias scientias; didiscit etiam medicinam a quadam muliere dicta Cleopatra, a qua didiscit multas erbas specialiter valentes contra vitia mulierum, et pervenit in Egiptum morans ibi per tempus ut erbas illarum partium cognosceret. Deinde procedens versus civitatem seni, obiit in itinere in quadam villa existente juxta mare Inde in confinis terre Egipti. Et Galienus a tempore pueritie operavit multum scire scientiam demonstrativam et conabatur multum pro ea, ita quod quum redibat de domo magistri, incedens per viam cogitabat super hiis que didiscerat, et socii qui cum eo studebant ei dicentes dicebant : quare una hora non rides et solatia renovistis, et ipse non respondebat et alii respondebat eis sic, sicut ridetis vos delectantes in solatiis eadem ratione affectans scire negligo que vos facitis, et nitor ad sciendum diligens que facio et abhominans factum vestrum. Et mirabantur eum omnes dicentes: quam felix fuit pater istius, qui dives existens et potens filium obtinuit sibi scientie sicut amatorem. Pater vero ejus Geometricus fuit intendens circa agriculturam, et avus ejus fuit Carpentanorum magister, et avus patris fuit terrarum partitor. Et Galienus fuit Rome in privo regnationis Anthonii, illius scilicet qui regnavit post Adrianum, ubi composuit Authonomie librum, et multos alios tractatus, ulli alterius sui magistri audito et existens, et composuit eamdem Autonomiam ibi contra ynania deviatorum secta. Sepe conferebat se ad dominum et etiam Alexander Damasseus Fuit Galienus remissi coloris, grandium humerorum, amplarum palmarum et digitorum longorum, habens capillos bonos et convenientis stature, et ridentis aspectus, multe locutionis et pauci silentii, et erat multi incessus, habens delectationem in cantu et instrumentis, equitabat multum, cum regibus et dominis libenter conversans, et cum obiit erat lx annorum, puer et discipulus xij annis existens et sapiens et magister annis xlviij. Et dixit Galienus, scientia insensato non prodest, nec qui non utititur sensus prodest sensus, et qui fideliter remunerationis est dignus. Et dixit, preteriti est tristitia, sed cogitatio de futuro. Et dixit, potens homo suos dirigere, cum agnovit seipsum, nam excellentis est sapientie hominem sui ipsius habere no-

(1) Badisi che qui Giovanni non cita alcun Arabo come prestante; e però è da credersi che gli Arabi non si riguardavano come caposcuola, *capita sectarum*, ma come semplici Galenisti, *eo minor aut discens ab eo.*

tiam, nec ea dilctio quam habet in se fallitur, et bonum se reputet cum non sit: vides enim quamplures se reputare robustos liberales cum non sint, et similiter, quasi se distinctiores ymo, discretiores aliis reputant, et qui sic cogitant minoris discretionis existunt. Et dixit, justus est ille qui potest injustitiam agere et non agit, et sensatus sive discretus qui rerum omnium novit ad quod nocendum humana natura sufficit. Et dixit, sicut morbidus non desistit donec innuit medicinis insistere ut ad salutem perveniat, ad quam complete pervenire non potest; sic nos oportet animarum nostrarum saluti aggregare salutem, et bonitatem bonitatibus adjungere, ut nequeamus ingentis et sapientis anime attingere statum. Et dixit, quod non cogitet se discretionem inter alter homnes potest quis percipere in ostensione suorum operum jugiter aliis qualiter dirigatur in eis, quod ipsorum laudabile fuerit et quod non. Et dixit: vidit quemdam quem multum reges honorabant quia robustus erat, et quesivit quod fuit majus negotium quod intueret; et responderat ei, quia levaverat unum bovem occisum ab altera usque foras: quibus dixit Galienus, eo modo levabat ipsum anima sua, nec anima erat bona.

DICTA SAPIENTIUM.

Sapientium dicta sunt hec. Interrogaverunt Prothegum de quodam qui suos capillos procreaverat nigros, similiter quare hoc faciebat, respondit ut non scrutantur ab eo sapientiam senium; et ob eo de genere suo, respondit: non de genere sed de sapientia et sensum perquiras. Et captivato Figaneo dixit ei quidem, volens ipsum emere, ad quid esset utilis: respondit, emas me vel non bonus existam. Et audiverunt quemdam rogare Deum ut eum ab amico eriperet, cui dixerit, quare ab amico liberari petis, et non ab inimico potius: cui respondit, quia cavere ab inimico valeo sed ab amico desido. Et dixerunt Esculapio, quid est verecundia: respondit, secrete non committere quod redargui potest in pubblico. Et dixerunt alii: qualia sunt inter mundana respondit tria: insipientiam odire, sapientiam diligere, et discere non pudere. Et dixerunt Zinido, quare abhominaris pecuniam: respondit, quia fortuna subripitur, parcitate servatur, et consumitur expendendo, ob hoc refuto. Et interrogaverunt ab eo quis esset rex melior, respondit: qui non est sue voluntati subjectus. Et dixit Assorus: homo dicitur bonus in primo gradu qui ex se est rerum pulcrarum inventor; in secundo qui ab alio inferantur. Et dixit Abrachis, existentibus certis causis existunt vel persistunt effectus, imoque perseverantia caret absque perseverantia cause sue. Et dixit Thimetus, non receptibilis scientia dicitur non quod sapientia que recipiatur aptitudine careat, sed quia recipiens non exibet semetipsum. Et dixit sapientie causas et vires ignarum non doceas, quia sicut vestis argentum ferens et aurum ipsorum nobilitatem ignorat, et sic ignarus nobilitatem doctrine non concipit, sed solum per disciplinatio-

ne laborem. Et quesivit Atelini, ad quid homines solum ex operibus et non ex malorum conceptibus puniuntur: respondit, quia conceptus anime non nisi a Deo scrutantur. Et dixit Amonius, tria sunt que obsunt regibus superflua, vini potatio, musicorum frequens auditus, amor insolens mulierum: hoc enim cogitatus ipsorum offendunt Et fecit Pilo totum unum bovem Juteum, et in die sacrificii ymolavit eum ydolis, dicens, non libet sacrificare rem vivam animatam rei inanimate. Et dixit, quelibet veritas bona est, sed laudabilior veritas est eorum qui ignorantes se dicunt et inscios, nam que audierunt taliter dicere scias esse discretum, et que audierunt se scientie divitem esse scias ignarum. Et dixit Quidarus, minor qui turpia sermone vituperant operantes, et se verbo in opere pulcro extollunt Et quesiverunt Adicomate, quare superbia divites se extollunt et sapientes non sic: respondit, quia sapientes Deum cognoscunt coram quo nemo extollitur, divites hoc ignorant. Et quesiverunt ab eo, quid melius est inquirere sapientiam an divitias, ad alterius sapientiam perquiramus. Et dixit Gregorius, apparenti pulcritudini possunt pictores similem suas picturas conficere; similem vero interiori pulcritudini nemo potest nisi qui pulcritudinem veram habet. Et vocavit Armaesed rex fratres suos, quibus dixit, si me reputaritis ut regem vos reputo ut fratres, et si me ut fratrem reputaveritis vel tenueritis ut rex vobis existam. Et dixit Quederus, velud a cadavere fetor quidam procedens astantium inficit nares, sic ab insipientibus procedentia verba audientibus fetent; et quodadmodum fetorem suum cadaver non percipit, sic nec insipientes turpitudinem verborum Et dixit alter, felices censentur sapientes quia pauci. Et dixit, decet sapientem quod resistet cordi suo, et cujus est conscius et confidens instruere alios quia docere alios quod ipse non novit est fedum, et quod sibi non vult pro aliis non acceptet. Et dixit Cramis, ex quo hominem esse in mundu absque cogitatu est impossibile laudabilius est perpetuorum cogita tamen semper habari. Et dixit Quirus, ait quidam bonum esse homines unius conditionis existere, sed hoc mundo non expedit, nam qualiter preceptor vellent esse et nemo hobediens, et si cui perciperetur abesset. Et dixit Dimicates, cum in terram perveneris alienam sit anime tue investigator, silentio accendens excellentiam sapientium terre illius scrutando, ac ponderando sermones ipsorum tue discretionis pondere, et si melius sis doce eos, si minus discas ab eis. Et dixit alter, premuniri festinas ingenio priusquam res aut negotium exigat, quia post rerum eventus deficiuntur in gravia et sapientie confunduntur. Et dixit Silentus, de melioribus rebus mundi est, superfluitate obmissa medium sequi, radix vite est metiri expensa, et vastatio clavis est paupertatis, et omnem habere gratiam res est impossibilis, non irascatis adversus veritatis parlationem, fac animam tuam patientia assuescere, et exinde bene tibi continget. Et dixit alter, malus dominus ebrio similatur, qui sua ebrietate vitans turpibus intuit et fedis ebrietate cessante non adverit quam offenderit, et sibi condolet ve-

hementer. Et dixit, decet discretum non decipi se sibi offerentibus opportune et ob inimicorum paucitatem de sua non curare militia, et subtrahendo stipendia non credens indigere eisdem. Et dixit, melius non est dives cum quo divitie parum durant, nec qui potest privari eis, nec cui per tempora longua subsistunt, sed vere divitie sunt que per heternum durant. Et dixit Hachalicus, cupidus nullo quiescit tempore, et nunquam dicatur avarus. Et dixit Arissidos, lingua vitare per mendatia, sensus vero igitur cum sensu concordet lingua vitaris. Et dixit, quia cogitat vulgus Deum esse in altari solum illic tamen pro suis necessitatibus Deum orat; sapientes autem et ipsum sciunt et orant ubique. Et dixit Pictagoras, qui non tenet aliam vitam esse nisi naturalem est infelix, similis umbre que falle (?) tollitur, et plante que illico desiccantur, et bestialiter vivit; sed qui novit aliam esse vitam spiritualem que mortalis non est sed perpetua, hic gubernat se atque munit operibus bonis juxta Dei voluntatem. Et dixit, si volueris tuum excedere inimicum non noces eum stultum, mendosum vel scandalisatorem, sed ad opposita obtinenda, vitaris ut sit circunspectus veridicus pius et rectus, et si forsan in proposci ei vitia alia sis elongatus ab illis nec sileris illi cui dictum est, qualiter plenius expostulas medius existens. Et dixit qui laudari voluerit ex suis operibus convenit eum veridicum habere amicum qui refferat mentem, aut inimicum cujus inficiatores formidet, per istos enim a peccato compescitur. Et dixit, non decet aliquem asperis verbis castigare amicum, sed humilibus et blandimentis admixtis. Et dixit amicum observa, satagens in suis cogitationibus suffragari eidem; et quam perdideris si eum amittere contingat, nam si domus tue paries rueret non perdes nisi parietem, si amicum perdideris magnum dampnum assequeris, quia inimico de amico facis. Et dixit, cum ira fervor accenditur, homo efficitur velud domus igne succensa in qua propter fumum et strepitum ignis nec occulis plene videre potest, nec auribus audire; et sicut navis vento impulsa fortissimo bene gubernare non valet, ita anima ira commota ex provocationibus lacessita suasiones et inductiones refutat, quibus valeat mitigari; nec modica spernenda est ira que excandescere potest in magnam, sicut scintilla inflammat multotiens; et sic ira silentio compescitur sicut ignis extinguitur aria subtracta eidem. Et dixit, quemadmodum ebrius quamdiu ebrius est in se sui turpitudinem non cognoscit, sed cessante morbo suo si tunc alium ebrium videat potest se cognoscere facilius qualis tunc fuit, sic excessum iracundie proprie videt et prospicit aliquis melius in alio irato quam in se. Et dixit, induens mulieres citius quam vires irasci, et infirmos quam sanos, senes quam juvenes, propter quod propendere valemus iram ex debilitate anime pervenire. Et dixit quidam sapiens cujus nomen ignoramus, dicas quod convenit, et si audias quod non decet et corripe. Quidam dixit, taliter conversa cum hominibus, quod cum morieris

luant, et cum absens ab eis fueris ipsi presentiam tuam petent. Et dixerunt cuidam alii, quis est salvus ab odio hominum: respondit, qui non prodest nec obest eis, eo quod malefacientem boni odiunt benefacientes vero mali. Et dixit alter fortius est quod consuetudo quam quod natura requirit. Et dixit alter, non loqueris nisi de eo quod proficit, nec comedas nisi que delectat animum, nec petes nisi consequi possibile fuerit, nec doleas de amicis, nec desperes super eo quod non poteris excusari, nec donum cupidi concupisces, et quod didicisti conserves, et quod scis doceas, et de eo quod habes impendes, et bene de tua pecunia te conserves, contineas prius quam alter se contineat de eadem, et si cecideris in gravem eventum sustineas patiens, scribi facias in tuo sigillo boni et mali omnia finem habent, et ipsis singulis horis inspicies. Et dixit alter, una ex rebus quod hominem facit errare in suo judicio est abreviatio cogitatus. Et dixerunt alteri, qualis est res non bona licet sit vera? respondit et dixit, hominem laudare seipsum: mentiri aut bonum est? ad inimicos pacificandum; veritas vero mala est? ubique de absente· et quum est bonum donare? est bonum donare suo; et quum melior est indignatio quam patientia? respondit, in malo quod contingit amico; et quum tacere est melius quam loqui? respondit, in lite. Et vidit Thopastus juvenem quemdam tacitum multum, cui dixit: si defectu scientie taceas es fatuus; si vero sapiens es non bene agis quia taces. Et dixit, quum odieris aliquem non abhorreas ipsius familiam, vero ad amorem alicujus ex eis ymitaris quo minuatur nocumentum ipsius. Et improperavit quidam Aceno dicens, quare mutuasti pecuniam tuam malo: verbo respondit, non mutuavi malo sed indigenti. Et dixit, decet nos honorare bonos in vita, et pro eis orare post mortem. Et dixit ei, a quo tempore apparuit in te sapientia: respondit, ex quo incepi despicere memetipsum. Et dixit, verecundia ad venustatem se habet sicut introitus se habet ad villam. Et dixit Aristophinus, victoria verbalis non est victoria, sed vera victoria est vincere opera non verbo. Et dixit Anaxagoras, sicut mors non competit qui bene vixit, sic male viventi vita non competit. Sapientia est decoratio intellectus, lingue probatio veritatis, cor est bona voluntas, manus sunt pietas, pedes sunt inquirere sapientes, dominium vero justitia, regnatio est menssura, eussis est gratia, pax valista, sagitta salvatio, militia consultorum prudentes decoratio, fortitudo thesaurus, disciplina societas bonorum, dilectio desiderium victare peccata et Deum sequi. Et dixit alter, amici sunt nobiles quidam affectum, omnes igitur niti ad conversationem ipsorum, et ad acquisitionem unius per alterum, velud familiaris columbe industria alie bures (?). Et dixit alter, amor est infirmitas anime et amicus est curator ipsius, et mansuetudo est fructus anime, et fidelitas est vita ejusdem. Et dixit Rex cuidam sapienti, quod reputas bonum facere judicem? qui respondit, qui adulationibus non movetur, et quod mali causatores non evertunt, et qui non decipitur etiam a discretis Et dixit alter, scandalizatores pejores sunt latronibus, nam latrones pri-

vant pecunia, scandalizatores amore. Et dixit, cum aspide turda est melius conversari quam cum muliere maligna. Et dixit alter, non aperias inimico tuo inimicitiam tuam, quia si sensatus est timere omne ingenia sua, et suam maliciam si ignarus. Et dixit alter, si alieni predicamus peccatori sis mansuetus eidem, ut non cum eo alterari contingat. Et dixit alter, liberalis mundi homo est qui pro multo reputat quod creditur ei, et pro minimo quod credit; et ut quecumque ipse sit dives aut pauper ejus quod habet reputat contentum Et dixit alter, honora faciem tuam, et non inhores in petendo aliquid quod honore nudata reddatur Et dixit alter, quum admodum urina ferrum destruit et corrodit, sic invidia, nec cui invidetur offendit. Et dixit alter, sicut cartam jam scriptam scribi non potest amplius nisi scriptatus primo deleatur, sic res non viles adisci non possunt nisi quibus vilia deleantur. Et dixit, sicut homo non potest uno oculo (celum) et alio terram intueri, sic suum sensum elevare non potest ad nobilia et vilia invicem capienda Et dixit alter, tuam vitam non expendas in vanum et inutiliter non labores. Et dixit alter, amoris radix est amicum equari amico et amor quicumque se absque qualitate fuerit cito sedatur. Et dixit, populum regem timere melius est quam e contra, et regi obedire in duobus consistit, in timore et amore Et dixerunt alteri, quum proficitur hominis: respondit, quum loquutio non excedit Et dixit alter, non potest esse lucrifatio cum ministratione nec cum gulositate salus, nec cum deceptione amicitia, nec cum mala disciplinatione nobilitas, nec cum superbia amor, nec sensus sive discretio, nec processus absque consilio Et dixit, non emittes magnas voces cum loqueris, nec per inimicum frauderis, nec in amore tui amici esto superfluus, nec associeris ei qui te bene non dirigit, nec non obedias ei qui tibi a deceptione peccavit, et malas consuetudines vites, eo quod amicus redarguet et inimicus conveniet te pro eis. Et dixit, qui dulcia impendit eloquia et opera prava, ille maximus est inimicus. Et dixit alter, sapientes durant mundo durante, quorum cum persone perduntur eorum ymagines et cordibus perseverant. Et dixit alter, nitamini conferre hominibus quia bene facere egenis est auxiliatus et servire Deo. Et dixit alter, melius est tacere quam contrariari ignaro, et melior est inimicitia quam malorum amicitia et aspera vita benefaciendo est melior quam malefaciendo mitis et blanda, et nullam habere famam est melius quam habere malam, paucorum divitiis melior est paupertas, et vilis absque peccatis melior est divite honorato ab eis, et non cognoscens dominum injustum est melius vel melior quam qui est secretarius familiaris ejusdem, et captivatus est melior absoluto incedente cause mala, et sensatus parum fortunatus est melior fatuo magnifice fortunato. Et dixit alter, jocari inepte cum hominibus superbia vel errore contingit. Et dixit alter, res quoque haberi est utile in comedendo et bibendo, mensuram habendo ad benefaciendo, in vita amicos acquirere, varium non esse, nec est valde utile ridentem vel tristem. Et dixit alter, hoc modo non poteris que vis assequi

quonsque sustineris que non vis, et non poteris ab eo quod non vis evadere, donec non assequendo plura de hiis que non desideras sustineas patientis. Et dixerunt cuidam sapienti, quare filium habebere non vis: respondit, in rectificando corpus meum et animam sum fatigatus plurimum qua licet, igitur alium habere ad rectificandum conabor. Et dixit alter, quando animam meam diligo Deo inobediente, et quando ipsam non diligam altissimum cognoscentem. Et dixit alter, quando letor et non obedio, et quando doleo te, domine, cognoscens. Et dixerunt alii, quid legem decorat: respondit, veritas; quid veritatem venustat: respondit, sensus; quid sensum: lingue custodia; quid lingua conservat: patientia; quid patientiam dirigit: Dei timor; quid Dei timorem: loqui de morte semper et servitutem agnoscere. Et dixerunt alii, quid est initium veritatis: respondit, peccatum non committere parvum; et quid est medium veritatis: respondit amor Dei conceptus in corde; et finis veritatis: est quod in corde non habeas nisi veritatis vero Dei cogitatum. Et dixit alter, vita superflua facit corpus infirmari, sensum minui, iram irritat, et sapientie contrariatur: moderatum vero cor confortat, aufert tristitiam, colorem vivum reddit, et digerit cibos Et dixit alter, sapiens licet sit vilis procerus est, et licet alienigena.... perutatus est; et quamvis pauper sic homines indigent eodem. Et dixit alter, non sapientiam discas ad pompam, nec discere ob verecundiam obmittas et pigritia non utaris. Et dixit alter, quod rectum inveneris doce alios, alioquin similis eris illi, qui ex senio sibi puntato nec utitur nec alios patitur uti sed potius peruti eorum pari. Et dixit alter, lingua discrecti in corde ipsius, et cor fatui erit in lingue extremo. Et dixit alter, tuam naturam semper laudabili consuetudine assuescas, et enim jam multos vidimus agnoscentes bonam viam et salubriem qui tamen eam incedere non poterant eo quod antiqua ipsorum mala consuetudo totaliter vincerat illos Et dixit alter, oportet quacumque assidue scrutari substautia et scire quid homines converssantes specialiter cum eodem referant de se, in quo valet eum laudant, in quo non vituperant eundem, ut sic sciat viam semper ingredi placidam et relinquere displicentem. Et quesiverunt ab eo, ut distingueret opus hujus mundi ab alio: et respondit, iste mundus est sompnus quidam et alter est vigilia, medium in terra est mors nos vanitates sompniorum summus. Et dixit alter, vir cordatus est ille quem delectat aspera rectificantis eloquia quam adulatoria fraudatoris. Et dixit alter, in affligendo naturam et in permictendo elongari pilos non est Dei servitium, sed in refrenando naturam a vitium concupiscentiarum excessu. Et dixit alter, si volueris quod magne sunt vel sint bonitates tue in hominum occulis modice sint in tuis. Et dixit alter, velud ferrum usui non expositum operitur rubigine et paulatim essiccatur, sic secundus dum notat ignorantia vertitur ad defectum, et sicut ignis vento augetur, sic negotia bonorum dillucidant bonitates Et dixit alter, sicut conceptus existens in utero ortu nisi dolens venire non audet, et post ortum hujus mundi sentitis deliciis eo letatur et

gaudet; sic et homines habent mundum dilligentes et exire recusant, et tamen post exitum dum ad alium pervenerint meliorationem cognoscunt et gaudent Et dixit alter, si sensatum instruxeris regerabitur tibi; si insipientem dehonestaberis ab eodem. Et dixit alter, qui habet amicum tempore necessitatis est tecum, et ipse tempore adversitatis est tuus Et dixit alter, capitale sensati est sapientia, sed superbia stulti est capitale. Et dixit alter, veritas est Dei legatus que Deus ad servos suos transmittit, non igitur absque operis exequtione remittenda est. Et dixit alter, felix est qui Deum cognoscit, et mandata ejus observat. Et dixit alter, qui sua multiplicat lucra temporalia minuit sempiterna. Et dixit alter de illo qui nocet sibi, sua sequendo desideria, non confidas sciendo aut ignorando illa esse nociva quia taliter sibi abest de eo diffidendum est omo (*sic*). Et dixit alter, expedit sapientibus cum insipientes viderint eorum abhominari opera et nolle associari eisdem, tamen animarum miserantur ipsorum. Et dixit alter, Deum timentes et credentes in eum nullo delectatur nisi in splendenti contemplatione magnitudinis regni quietem aliam non habentes nisi cum celum et stellas ipsius aspiciunt, et in meditando nobilem Dei potentiam a turpi statu invitantur ad pulcrum, nec aliquis propedire eos poterit quando perveniant ad perpetuam quietem, illi quorum concupiscentie mundi sunt sublimes et clare, omni obscuritate carentes. Et dixit alter, laudabiliora opera sunt quibus Dei beneplacitis obeditur, et opus corporis cum opere cordis fructum laudabilius est quam opus cordis tui. Et dixit alter, malos velud cadavera fetida reputa, velud mortale venenum, aut sicut leones vel serpentes et adhuc pejores sunt, et sicut animal melius bono homine terram non continet, sic pejus non continet malo viro. Et dixit alter, cum occulus concupiens intuetur cor in eligendo bono cecatur. Et dixit alter, qui vult quietam ducere vitam, quatuor occasionibus animam suam expediat: primus est ut non sollicitetur nec doleat si hiis qui non vult vivere vivat; secunda si moritur qui mori nolebat; tertia si non consequitur que consequi desiderat; quarta si illis qui eo minus valent fortuna magis exaltat. Et dixit alter, qui contentus est eo quod sibi concessit dominus dives est, et qui complere benefecitum (*sic*) Dei conatur, corroborat eum Deus. Et dixit alter: Madepistedis (?) occasionibus eterne vite conatur a magnis et parvis mortalibus causis abstineas, et tunc timere non expediat nisi Deum. Et dixit alter, quam pretiosa res est cordis mundicia a sorditione vitiorum; et quam bonum est speculum habenti eamdem et quam laudabile est ei solaciator, qui nisi quod convenit facere non permittit. Et dixit alter, qui vere Deum timet mori desiderat pocius quam peccare, nec alium quamquam timet; et qui vere ipsum diligit est impedimentis quibuslibet expeditus. Et dixit alter, qui concupiens omnes viles obmittit, et Deum orare die ac nocte laborat, et usque ad obitum perseverat, in hoc bene vivit et bene moritur, a doloribus semper exclusus, eo quod dolores non sus ineut nisi hujus mundi delectationes habentes. Et dixit alter,

dominus malus est sicut cadaver omnes suo fetore molestans ; dominus quoque bonus est similis rivo aque fluentis et clare, cujus proferri singuli sapiunt Et dixit alter, non potest quisque ad sui pervenire notitiam nisi cum exercitio magno ; se autem cognito bene agere nitatur tempore vite sue ; et querentes hujus mundi quietem nec sua corda nec animas cognoscunt. Et dixit alter, sapientes non sunt tamen contenti sibi prodesse, sed aliis proficere cupiunt sicut sibi. Insipientes vero non solum impediunt se ipsos, sed et alios impedire conantur. Et dixit alter, meliora arma que habet homo est veritas. Et dixit alter, paciens est qui iram compescit, et despectionem refrenat, dedecus tolerat et animam suam domat ; et sensatus est ille qui recto adheret, verborum excessus obmittit, nec in futilibus se exercet, et est moderatus in quolibet facto suo ; et mundum abhorrens est ille qui in superfluitatibus mundanis non inflectit cor suum, nec de sui venustatione contendit; et humilis est ille qui qualiter honoret homines nititur serie, et qui rectam habet amicitiam. Et dixit alter, ab ira et concupiscentiis abstinere, hoc duo tam istius mundi, quam alterius nobilitas reputatur. Et dixit alter, non obmittas benefacere et si plures beneficia non cognoscant, nam de se bonum facere bonum est, quamvis non sit qui recte respondeat per eodem. Et dixit alter, decet discretum non se in impossibilitatibus exercere, non loqui que non prosunt, nec plus petere quam meruit, nec promittere quod non solvat. Et dixit alter, hominem vituperare de bono non est honor, et honorare de malo est dedecus, nec est alacritas que dilabitur ad dolorem. Et dixit alter, quamquam semel evaseris ab errore non ob hoc revertaris ad eumdem; nam si ad hoc bene tibi continget, non tamen evaderes insipientie notam. Et dixit alter, a communione hominum non potest quis totaliter excusari, sed expedit in hoc adhibere moderamen Et dixit alter, qui se exercet in nocivis quod proficit non advertit. Et dixit alter, non potest aliquis nisi laboriosam vitam ducere, qui si non comedat, morietur ; si plus aliquantulum quam expedit comedit, leditur ; si multum plus, egrotat; si minus debito sumat, exaurit; ideo difficile est ita hominem agere, ut diu existat. Et dixit alter, de forma exteriori pulcra, et inferius turpi contenptus esse non debes, nec de lingua dulci et corde fallaci, nec de habente pecuniam multam et eam ut decet expendere non audente, nec debes te de hiis que jam desierit commendare, nec de potente qui injustus sit imprecare. Et dixit alter, qui in mundo isto fiduciam habet mendosam in alio diffidentiam veram habebit. Et dixit alter, non confides illi qui fidem deserit pro mundanis, licet ad tui tuitionem magne potentie videatur; nam qui seipsum offendit quod alios non offendat quomodo sumus securi. Et dixit alter, si nitaris ad bona opera propter Deum in hoc mundo et in alio vitam consequeris eternam. Et dixit alter, accidia ignorantiam inducit, et ignorantia errorem protendit. Et dixit alter, mundi hujus otia querere est incidere in magnum et periculosum laborem. Et dixit alter, hu-

gna domini confitentem sed operibus contradicentem, parum e prodest, ymo ad impedimentum est suum eloquium et ad mortem' Et dixit alter, in trasferendo te de una scientia ad aliam statuas occium tuum, nec in alia delectetur anima tua quamdium vixeris in hoc mundo Et dixit alter, ad benefaciendum conare semper sanus sis aut infirmus, quare tibi infirmo ita bene proderit, sed sano in quocumque modo accidet honorare Deum non desinas. Et dixit alter, non te cum mendace junges in rebus magnis vel parvis, eo quod mendax assimilatur cadaveri quod ubicumque reponatur dampnum infert. Et dixit alter, quod sunt sperantes bene facere anime que ad eam perdendam nituntur ;'si ergo pius vis esse anime tue afflige eam in servitio Dei Et dixit alter, qui Deum vero amore diligit mortem non odit ; et qui vero timore Deum non timet est iste qui aliquo peccato consentitur. Et dixit alter, qui ob delectationes mundanas te dilexit ob easdem odibit; et propter bonum eternum si quis te diligat amor iste semper crescit. Et dixit alter, Deum cognoscere facit ipsum diligere, et qui vere diligit suo servitio alia non immiscet. Et dixit alter, sic animam tuam stabilias, ut a peccatis omnibus magnis et parvis excludaris, et quidquid boni post feceris sufficiet. Et dixit alter, omnes homines aut Deo serviunt aut concupiscentiis; sis ergo Dei servitor et non delectationum mundalium ut non bestiis assimilaris sed angelis, qui numquam Deo cessant servire. Et dixit alter, qui vult scire verum anima nobilis sit aut vilis que delectant animam suam inspiciat, que si nobilia et infinibilia et utilia fuerint, nobilis est; et si vilia finibilia et inutilia fuerint, vilis est, quia quelibet anima suo simili gaudet, vilis turpibus et sincera sinceris. Et dixit alter, felix est ille qui gaudetur recta via, quia cito domum attingit, et qui de via sequitur quanto plus vadit tanto plus a domo recedit. Et quesiverunt a sapiente quodam, que est stultitia perfecta? qui respondit, querere a malis operibus ad statum pervenire beatorum et diligere falsos et veros odire. Et dixerunt ei, quid est signum insipientie - respondit, divitias diligere, longuam habere fiduciam et cupiditatem vehementem. Et dixerunt ei, quid est cecitatis signum? respondit, de eo confidere de quo non est confidendum. Et cetera, et cetera Deo gratias et Sancto Francisco (1).

(1) Ricordisi che il copista era un monaco Francescano del Convento di Morlais.

NUOVI DOCUMENTI DIPLOMATICI

INTORNO

A GIOVANNI DI PROCIDA

Dopo aver riportato un documento letterario di Giovanni di Procida sarà bene che qui soggiungansi alcuni nuovi documenti storici, che meglio chiariscono i fatti di un uomo che si spinse a tanta altezza, e ch'è stato, sia per ispirito di parte, sia per guasta tradizione, sia per vanità di genti, iniquamente giudicato. Di questi documenti alcuni sono interamente nuovi ed inediti, altri da pochi conosciuti.

I. *Genealogia della famiglia di Procida. Dall'Archivio della Trinità della Cava, Arca XXXVIII N.75 (Agosto 1194). (Inedito)*

Non avendo avuto nè io nè altri (1) notizia della famiglia di Procida, nè avendola trovata segnata nel Catalogo de' Baroni del Regno di Napoli formatosi a' tempi di Guglielmo II, io dissi a pag. 301 del Tomo I. non aversi alcuna prova che il celebre Giovanni sia stato un nobile per eredità, e però la nobiltà fosse cominciata da lui nella sua famiglia. Ma questo diploma senza dubbio toglie ogni difficoltà. Esso riguarda un Giovanni probabilmente Avo o Padre del famoso Giovanni; e nel nominarlo il Notajo ha voluto con un certo studio riportar per intero la genealogia della sua famiglia, la quale ha origine da Azone conte nell'undecimo secolo. Esso presenta la successione di sei generazioni da Azone fino a questo Giovanni II, ed almeno di otto generazioni fino al Giovanni III, ossia al medico famoso, del quale tanto ha parlato la Storia. Ecco il documento:

In nomine Domini Dei eterni et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo centesimo nonagesimo quarto, et primo anno Regni dni nostri Guilielmi Sicilie et Italie gloriosissimi regis, mense Augusto, XII Indictionis. Ante me Guidonem Judicem Johannes qui dicitur DE PROCIDA, filius qm Atenulfi, qui fuit filius Petri filii Johannis filii Petri filii Azonis Co-

(1) . . . . dovendo descrivere la vita di Giovanni, molto consumai del mio tempo per trovare qualche cosa de' maggiori di lui: ma in questo non ebbi amica la sorte. BUSCEMI *La vita di Gio. da Procida, pag.* 11. Palermo 1839.

mitis, conjunctum est cum Leone qui dicitur Manganarius consobrino fratre suo filio qm Atenulfi, qui similiter Manganarius dictus est. Et quoniam ipse Johannes dicebat suprascriptum Leonem sibi obligatas et tingatas habere integras tres partes, que eidem Leoni pertinere dicuntur de terra cum vinea et pomis que est foris hac civitate in loco Beteri (*Vietri*), pro quodam debito quod ipse Leo eidem Johanni se dare debere dicebat per quoddam istrumentum ab Arabolo judice de palearia roborato. Idcirco ipse Johannes, sicut ei placuit, per hoc scriptum remisit ipsi Leoni omnes calupnias et cunctas actiones et questiones quas adversus ipsum Leonem quolibet modo inferre seu proponere potuit, tam de suprascripta obligatione et tingatione quam de omni pecuniario debito, et de quibuscumque aliis scriptis, vel sine scriptis. Ea ratione ut semper ipse Leo et ejus heredes et indapnes exinde permaneant omni ipsius Johannis et heredum ejus requisictione et contradictione exinde remota. Insuper ipse Johannes et ejus heredes semper defendantur ex hoc superscriptum Leonem et heredes ejus ab omnibus hominibus qui per eorum partes ex dato quascumque causationes. . . . . . . (1) eis exinde proposuerint et propter hoc ipse Johannes dixit se suscepisse ab ipso Leone quattuor uncias auri tarenorum monete sicilie faciens quod voluerit. . . . (2) ipse Johannes guadiam ipsi Leoni dedit et fidejussorem ei posuit seipsum et Clemenciam uxorem suam Et per ipsam guadiam ipse Johannes obligavit se et suos heredes sicut superius scriptum est. . . . (3) et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserit componere ipsi Leoni ejusque heredibus trigiata auri solidos regales et sicut supra scriptum est adimplere. Ita fecit ipsa Clemencia cum voluntate suprascripti Johannis viri sui in cuius mundio esse dicitur. Et hoc recolo quoniam suprascriptus Johannes dixit suprascriptum instrumentum debiti ad presens habere non posset. Unde si quolibet tempore apparuerit inefficax et nullius momenti habeatur. Quod autem superius inter versiculos scriptum est legitur ei. Et taliter tibi Roberto notario et advocato scribere precepi. + Ego qui supra Guido iudex.

II. *Bibliothéque Royale de Paris, fonds Saint-Victor*, *N. 275, f° 170.* (4).

Lettera del Pontefice CLEMENTE *IV a Carlo I di Angiò* (*Maggio 1266*).

Habet interdum serene conscientie puritas alicujus opposite nu-

(1) Parola rosa su'la pergamena ed inintelligibile.
(2) Lo stesso (3 Lo stesso.
(4) Questa lettera è senza data, ma come appressso si vedrà, fu scritta prima del di 2 del mese di Giugno 1266. Essa è stata estratta dal MS. N.° 273, f° 170. col titolo: Incipit summa dictaminis compilata et sumpta de registro Dom Urbani et Clementis Summ. Pont., per Mag. Riccardum de Posis, in qua flores dictaminis continentur. (Copiato in Roma nel 1286. Ind xiv, sotto il Pontificato di Onorio IV).

bis obstaculum quo exterius clarere libere nequiens dilitescit. Sed nubilo fugato consurgens externis docet indiciis quales internis conservabat affectus. Nubem enim diversimode passionis utpote subjectionis vinculum timoris angustias et hiis similia inducit sepe necessitas ex quibus restringitur mentis lucide radius ne prodeat in apertum. Credimus siquidem quod hactenus in plurimorum pectoribus regni tui sub timore angusto velamine fides et devotio latitabant que in lucem prodire non poterant zelu constricti timoris sub tirampnico turbine tempestatis. Quo per Dei gratiam succedentes felicioris aure flatibus quiescente, dilectus filius magister J. de Procida sicut accepimus inter alios anxius ut sub alarum tuarum umbra quiesceret fidelitatis devote propositum quod gerebat tempore servitutis in effectum operis recuperata divinitus libertate producens ad mandata tua promptus, pronus et humilis confisus de benignitate regia se convertit. Ideoque rogamus quatenus eumdem Johannem, virum utique multipliciter utilem, virtute meritorum et dono scientie, quam plurimum in conspectu nostro fide digno testimonio commendatum, oculo sereno respicias et clementi benevolentia prosequaris, ut in tui culmine solii semper demonstraris benigne salutationis constituere clementiam et oppressi dudum in illius propiciatione respirent, ac aspicientes in ipsam oculi subjectorum votivis plausibus in letitia delectentur.

La lettera di Clemente IV è stata la prima volta pubblicata da C. de Cherrier, *Histoire de la lutte des Papes et des Empereurs de la Maison de Souabe, de ses causes et de ses effets. Paris 1851.* = *(Tom. IV Pieces Justificatives N. III. pag. 524).* Ma il chiaro scrittore francese ha ceduto egli pure alle preoccupazioni che negli ultimi tempi si sono accreditate sul grande Salernitano; e questa lettera pontificale gli ha ispirata una pagina piena di passione, nella quale apparisce più l'indegnazione che la ragione. Ecco le sue parole:

« . . . . Tout lui (Charles d'Anjou) arrivait a souhait. Après « avoir été accueilli par la multitude comme le libérateur de la « patrie, il voyait venir à lui les hommes qui auraient pu mettre « obstacle à son paisible établissement. Les plus compromis, étouf- « fant le cri de leur conscience, désauaient leur passé par d'igno- « bles protestations. Ils s'adressaient au pape, qui, après les avoir « relevés de l'anathème, sollicitait en leur faveur pardon et oubli. « Au nombre de ces derniers, il en est un qu'on ne verra pas sans « surprise cherchant à s'attacher à la fortune de la maison d'An- « jou. C'est Jean de Procida, l'ami et le médecin de Frédéric II « et de Conrad, le ministre de Manfred. Des poëtes et des écri- « vains mal renseignés se sont plu à lui attribuer de ces sentimens « généreux dont l'histoire offre trop peu d'exemple. Donnant car- « rière à leur imagination, au mépris de la vérité, ils en ont fait « le type de la fidélité et de la constance (1). Malheureusement

(1) Non è improbabile che fra questi *écrivains mal renseignés* de Cherrier

« leur n'est moins réel. Si Procida se montra dévoué à ses maî-
« tres, tant qu'ils eurent le pouvoir, il se tourna lâchement du cô-
« té du vainqueur dès que leur ruine fut consommée. Après la
« mort de Manfred, Procida s'était retiré à Viterbe, où, à la for-
« ce de protestations, il sut se rendre le pape favorable. Il n'avait
« pas honte de soutenir que, contraint de taire ses sentiments se-
« crets durant *la tempête de la tyrannie*, il profitait de l'hereux
« changement qui venait de s'opérer, pour faire éclater son dé-
« vouement. Plein de confiance dans la bénignité royale, il deman-
« dait, disait-il, à se reposer sous l'aile tutélaire du souverain, et
« ne parlait qu'avec amertume de l'époque de servitude à laquelle
« la volonté divine venait de mettre un terme. Ces palinodies, si
« fréquentes dans les révolutions politiques, réussissent à ceux qui
« savent joindre l'effronterie à l'ingratitude. Tout porte à croire
« que Jean de Procida fut rappelé, et même qu'on lui rendit ses
« biens ; mais il n'en jouit pas longtemps, car environ trois ans
« plus tard, un ordre royal (1) le declarait coupable de haute tra-
« hison, et il n'évitait le châtiment que par une prompte fuite ».
(Op. cit. IV. p. 138-140).

Carolus secundus etc. Universis presens privilegium inspecturis tam presentibus quam futuris, beneficia nostra, que suadente maxime causa probabili libenter conferimus; sic prompte, et delectabiliter facimus, ut ipsa in posteros benignis affectibus denudemus. Sane per conventiones (Tom. I p. 308-309)........ *fideliter exhibere curavit*, et que in posterum ipsum prestare speramus; predictum castrum cum hominibus, vassallis, redditibus, servitiis, casalibus, fortilitiis, domibus, possessionibus, vineis, olivetis, terris cultis et incultis, planis, montibus, pratis, nemoribus, pascuis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, tenimentis, territoriis, aliisque iuribus iurisdictionibus, et pertinentiis omnibus. Que videlicet de demanio in demanium, et que de servitio in servitium pro annuo reddito unciarum auri centum eidem Thomasio, et suis heredibus utriusque sexus ex suo corpore legitime descendentibus natis iam et etiam nascituris in perfetuum damus, donamus, tradimus et ex causa donationis proprii motus instinctu denuo concedimus in feudum nobile de liberalitate m sa, et gratia speciali iuxta usum, et consuetutinem regni nostri Sicilie, ac generalis et humane nostre sanctionis edictum de feudorum successionibus in favorem comitum et baronum dicti regni a tempore felicis adventus clare memorie regis incliti dicti domini nostri genitoris in ipsum comitatus, baronias et feuda ibi ex perpetua collatione tenentium factum dudum per nos, et in parlamento celebrato Neapoli divulgatum. Ita tamen quod dictus Thomasius, et heres ejus pro dicto castro nobis et nostris in dicto regno heredibus et successoribus servire teneatur immediate, et in capite de servitio quinque militum com-

putata persona sua ad rationem de unciis auri viginti valoris annui pro servitio uniuscujusque militis, secundum quod est de uso, et consuetutiue dicti regni; quod servitium dictus Thomasius in nostri presentia constitutus bona et grata voluntate sua pro se et dictis suis heredibus et succęssoribus facere obtulit et promisit Ita etiam quod si cui sunt quibus predictus dominus pater noster, vel nos aliqua bona, possessiones et jura in dicto castro vel infra ipsius tenimenta concessimus ipsa in capite pront eis concessa fuere noscuntur nec etiam respondeantur ipso Thomasio et suis heredibus per barones et feudatarios, si qui sunt, in castro predicto, nisi de his tantum que intus ipsum forte tenent aliqui eorumdem, quorum si qui sunt, qui servire nostre curie in capite tenentur in nostro demanio et dominio reserventur Retentis etiam curie nostre saliuis et iuribus mariuarie et lignaminum, si qua sunt, aut debentur in castro predicto, que omnia velut eiusdem regni demanio ex antiquo pertinentia in eodem demanio volumus retineri. Animalia insuper et equitature aratiarum, massariarum, marescallarum nostrarum pascua et aquarum libere sumere valeant in territorio et pertinentiis dicti castri. Et quia ipsius castri tenimenta, seu pertinentie maris ambitu circumdantur, reservetur nobis et dictis nostris heredibus, et successoribus possessio, dominium, ius et proprietas tocius litoris, et maritime pertinentiarum ipsarum per iactum baliste, cum castrum predictum et eius pertinentie modico spatio concludantur, sed in qantum sano iudicio fuerit rationabile, atque decens, quam maritimam per homines nostri demanii volumus custodiri. Investientes dictum Thomasium per annulum nostrum de castro ipso modo predicto: ita quod tam ipse quam dicti heredes sui castrum ipsum a nobis et dictis heredibus et successoribus nostris perpetuo in capite teneant et possideant, nullumque alium preter nos heredes et successores nostros predictos in superiorem, et dominum exinde recognoscant. Pro quo quidem castro a dicto Thomasio ligium homagium et fidelitatis debitum recipimus iuramentum retemptis etiam nobis, et dictis heredibus et successoribus nostris iuramentis fidelitatis prelatorum baronum et feudatariorum, si qui sunt, ibidem, ac universorum hominum dicti castri, que nobis ac dictis heredibus et successoribus nostris precise contra omnem hominem prestabuntur, quibus prestitis idem Thomasius et heredes sui assecurabuntur ab ipsis prelatis baronibus et feudatariis ac hominibus iuxta usum, et consuetutinem dicti regni, salvis semper nobis heredibus et successoribus nostris iuramentis et fidelitatibus supradictis, retentis etiam curie nostre in castro ipso causis criminalibus, pro quibus corporalis pena mortis, vel amissionis membrorum, aut exilii debebit inferri, collectisque quoque dicti castri hominibus imponendis per nostram curiam, que utique integraliter et libere per ipsam curiam exigentur, moneta etiam generali, que pro tempore de mandato nostre curie cudetur in regno predicto, quam et non aliam universi de eodem castro recipient, et expendent. Defensis insuper que a quibuscum-

que personis sub invocatione nostri nominis hominibus dicti castri imposite fuerint, et contente quam cognitio ad solam nostram curiam pertinebit. Collocationibus propterea feudorum quaternatorum sive gentilium vacantium pro tempore ibidem sive propter commissum per barones et feudatarios dicti castri crimen hereseos, aut lese maiestatis, sive pro quod absque legitimis heredibus et successoribus, barones et feudatarii ipsi decesserint, que utique feuda per nos, ac nostros in dicto regno heredes et successores cuicumque voluerimus conferentur: ita tamen quod dictus Thomasius et heredes sui habeant in feudis ipsis assignationem possessionis eorum ad mandatum nostrum per ipsos iis quibus concessa fuerint faciendam, habeantque revelium, servitium et iura, que ab illis qui antea feuda ipsa tenuerant debebantur, nisi fortisitan dictus Thomasius et heredes sui a nobis, et predictis nostris heredibus et successoribus premuniti negligentes extiterint in gravando hujusmodi barones et feudatarios hereticos seu rebelles; in quo utique casu, videlicet si prenominati in illis gravandis negligentes extiterit, dominium ius et propietas feudum heretici seu rebellis libere ad nostrum demanium et dominium devolvantur, salvis et nihilominus servitiis nobis exinde debitis secundum usum et consuetutinem dicti regni nostri Sicilie et omnibus quibuslibet aliis, que curie nostre debentur, prout habemus ea et habere debemus in terris et locis aliis dicti regni ipsius maioris dominii ratione: sed etiam usibus et consuetutinibus aliis eiusdem regni et iuribus curie nostre in aliis, et alterius cuiuscumque beneficiis etiam cappellaniarum, si qua sunt sub eodem castro, ac ipsorum collationibus nobis, et predictis nostris heredibus et successoribus reservatis. In cuius rei fidem perpetuamque memoriam et predicti Thomasii heredumque suorum cautelam presens privilegium exinde fieri, et pendentis maiestatis nostre sigillo iussimus communiri Actum Neapoli presentibus viris nobilibus Johanne de Monteforti Squillacii et Monticaveosi comite, et Johanne Pipino de Barulo milite magne nostre curie magistro rationali dilectis consiliariis familiaribus et fidelibus nostris ac pluribus aliis, et datum ibidem per manus venerabilis patris Petri episcopi Dectorensis cancellarii, et Bartholomei de Capua militis logothete et protonotarii regni Sicilie; Anno Domini M. CCC. die penultimo septembris XIV indictionis. Regnorum nostrorum anno XIV etc. feliciter amen.

XXVII. *Reg. Angioini del R. Arch. di Nap. Reg. 1299. Let. A. fol. 56. (Maggio 1299). (Inedito).*

Nel parlare della restituzione de'beni di Giovanni fatta a Tommaso figlio di lui, ho riportato un documento del 1299 (Tom. 1. pag. 307). Ma siccome allora mi parve senza pro pubblicarlo intero, e mi arrestai alla metà di esso, così ora desiderando che niuna notizia manchi alla compiuta cognizione di ciò che riguarda quel medico, soggiugnerò il resto del documento medesimo.

. . . . . *in antea responderi.* Nos enim dicto Manasseo pro partem dicti pupilli similiter ex tunc in antea donec eorumdem bonorum occurrat facultas excambii assignationem valoris eorumdem bonorum sopradictorum curie nostre iuribus duximus faciendam. Bona vero predicta sunt hec, videlicet: palacium quod dicitur forinum; item vinea una parva cum domo fabricata et arbustum de novo plantatum; item olivetum vetus et novum cum aliis arboribus fructiferis; item due petie terre laboratorie in eodem loco prope dictum palacium ; item una alia petia terre laboratorie in eodem loco ; item alia petia terre laboratorie in eodem loco ; item alie petie due (*corretto sopra* tres) laboratorie in loco Arcelle; item alie petie tres laboratorie ibidem; item alie due petie terre laboratorie ultra flumen Furni , intra quas unum avellanetum plantatum est ; Item molendinum unum in eodem loco Furni; item petia una terre laboratorie site subter dictum palacium; item tres alie petie terre laboratorie prope eumdem molendinum ultra predictum fluvium Furni; item due alie petie et castanetis supra predictum palacium; item vassalli subscripti quorum nomina sunt hec videlicet Rogerius Marchianus, Pascalis, Pascalellus, Thomasius, Franciscus, Petrellus, Johannes et Mattheus qui dicuntur de Bonia, habitatores pertinentiarum Salerni quorum quilibet tenetur anno quolibet in festivitatibus Sancti Martini, Nativitatis Domini et Carnisprivii in qualibet festivitatum dictarum gallinam unam et in qualibet festo Pascatis ova triginta. Datum Neapoli per Magistros Rationales, die vj Madii xij Indictionis (1299).

Questo Tommaso da Procida ebbe diverse mogli. Nel Reg. Angioino 1299 Let B. fol. 322 a t.° la sua moglie era chiamata Isolda, della quale pare esser nato il Giovanni che a lui successe. Isolda viveva ancora nel dì 15 luglio 1300. Se si vuol credere a D.Ferrante della Marra *(Delle fam. etc. p. 54)* Tommaso avrebbe sposato nel 1310 Beatrice figlia di Matteo Comite nobile Salernitano. Quel ch' è certo che poco dopo il 1310 Tommaso erasi congiunto in matrimonio con Margherita di Santo Liceto vedova essa stessa di Rostaino Cantelmo , dal quale aveva avuto per antefato Rocca di Caramanico e Castello Arzano (Reg. 1321 Let. B. p. 344 a t.°). Dagli stessi Registri Angioini (1312-1313, Let. A. fol. 237 a t.°) rilevasi che questa Margherita seconda (o terza) moglie di Tommaso da Procida, era zia materna, e balia, ossia tutrice ed amministratrice de'beni di Giovanna Piletta, la quale abbiam veduto nel Tom. I. p. 309. che fu moglie dell' altro Giovanni figlio di Tommaso , e figliastro della suddetta Margherita. La quale Giovanna era figliuola di Giovanni Piletta, ed in quell'anno 1313 *proxima pubertate*, col consenso della detta sua zia e balia, vendè il feudo di Auletta a Mattia Gesualdo. Intanto Catone nelle sue *Memorie Gesualdine* dice, che Mattia Gesualdo comprò il feudo di Auletta da *Giovanna figlia del celebre Giovanni da Procida!* Da altri Registri del Regio Archivio (Reg. 1321 Let. D. Fol. 31 a t.°) rilevasi che

Tommaso viveva ancora nel dì 7 aprile 1321, e che era già morto nel dì 27 del seguente mese di Maggio, in cui il suo primogenito Giovanni, come si vedrà, ricevè l'investitura dell'isola di Procida. Nel di 4 maggio 1322 Margarita vedova è nominata balia de'figli minori Masullo e Caterina. Intanto Carlo de Lellis (*Delle famiglie nob. Tom. I p. 113*) dà a questa Margarita vedova di Rostaino Cantelmo il nome di Cantelma, e la fa figlia di Restaino, signore di Popoli, e vedova di Bertrando di Artois, e dice che era damigella della Regina Sancia, e che dopo la morte di questa pia Signora sposò in seconde nozze Tommaso da Procida. Quanti errori sono svelati da' documenti!

XXVIII. *Reg. Angioin. del R. Arch. di Nap. 1299. Let. A. fol. 15 a t.° (Aprile 1299).*

Questo documento come i due altri che seguono, e che riguardano la restituzione de'beni a Tommaso secondogenito di Giovanni, sono stati da me citati nel Tom. I pag. 308.

Scriptum est Jeczolino de Amindolia militi, vicario Principatus et Straligoto Salerni fideli suo etc Pro parte Thomasii de Procida militis fidelis nostri nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum pridem de mandato celsitudinis nostre quondam Johanni de Procida patri eiusdem Thomasii bona quedam burgensatica existentia in eadem civitate Salerni fuissent restituta ac Mattheo de Porta de Salerno militi fideli nostro procuratori eiusdem Johannis postmodum assignata, nunc nonnulli de Salerno assereutes predictum Johannem seu Thomasium filium eius ex certis causis in certis pecunie quantitatibus sibi teneri ad bona illa habentes recursum, ipsa capiunt et dictum procuratorem in possessionem eorumdem bonorum inquietant multipliciter et perturbant in ejusdem Thomasii dispendium manifestum. Super quo provisionis nostre remedio implorato fidelitati tue committimus et mandamus, quatenus bona predicta a quocumque capi non permittens, dictum Mattheum in possessione eorumdem bonorum non patiaris indebite molestari, quin immo eundem Mattheum auctoritate presentium in ipsorum bonorum possessione manuteneas et defendas. Et si secus hucusque fuerit attentatum facias in irritum revocari, si vero aliqui in predictis bonis ius aliquod habere se dicant illud si voluerint coram competenti judice ordinarie prosequantur; presentes autem litteras postquam eas inspexeritis et in quantum fuit opportunum restitui volumus presentanti. Datum Neapoli in absentia prothonotarii per M. P. de Ferreriis (1), die xvj Aprilis, xij indictionis (1299).

(1) Pietro Vescovo di Lettere e Cancelliere di Carlo II, da cui fu nominato Riformatore dello Studio di Napoli nel 1300.

XXIX. *Reg. Ang. del Reg. Arch. di Nap. Reg 1299 Let. A fol. 30.*
(Marzo 1299) (Inedito).

Scriptum est credenceriis iurium cabellarum commercii cambii curie nostre in civitate Salerni anni presentis fidelibus suis, etc. Per presentes nostras litteras Vicario Principatus et Straligotis Salerni, nec non credenceriis jurium cabellarum dicti commercii et cambii presentibus et futuris scripsisse recolumus et dedisse expressius in mandatis ut Colino de Duaco hostiario familiari et fideli nostro vos presentes credencerii pro anno presenti et successive futuro anno qualibet, de pecunia predictorum jurium cabellarum, commercii, et cambii Salerni, uncias aurei duodecim ponderis generalis quas sibi pro excambio certorum bonorum suorum sibi dudum per nostram curiam concessorum in Salerno, que fuerunt de bonis quandam Johannis de Procida militis ad mandatum nostrum designatum per eum procuratori Johannis prefati, exhibendas providimus usque quo facultas occurrat excambii supradicti a kalendis proximi preteriti mensis septembris hujus xij Indictionis in antea hec solvere deberetis. Vos autem excusationem sicut dicto Colino referente dicimus pretendentes pro de prima paga anni presentis per vos curie nostre debita pro cabella predicta est per vos nostre curie satisfactum, de sequenti paga pro elapso eodem tempore sibi satisfecerit, etc ... Datum Neapoli per mag. Rationales, etc. Die xviij marcii, xij Ind. (1299).

Si leggono ne'registri Angioini altri documenti per compensi di simil fatta accordati a coloro che vennero obbligati a lasciare i beni appartenuti un tempo a Giovanni da Procida. Tale è il Diploma che leggesi nel Reg. dell'anno 1299, let. A. fol. 137 a t. che accorda un compenso a Margarita de Anania per la stessa causa. *Datum Salerni per Mag. Ration etc. Die xviij Augusti xij Indict (1299).* Inoltre Reg. 1298-1299, senza lett. n. 95, fol. 184.

XXX. *Reg. Ang. del Reg Arch. di Nap Reg. 1300-1301 Let. A. f. 3.*
(Settembre 1300) (Inedito).

Questo documento serve di maggiore chiarezza sulla reintegrazione della famiglia de Procida in Napoli e fa conoscere sempre più che le azioni di Giovanni anteriori al suo ritiro in Roma non ebbero per iscopo il motivo di ricuperare i suoi beni.

Karolus secundus etc. Universis presentes litteras inspecturis. Indultis seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Benigna clementia sodalis et amica principibus culpas tollit, remittit offensas, sicque plenius indulget egentibus ut commissum peccantis auferat, et noxam alterius absistentem sibi beneficio restitutionis abstergat. Sane licet quondam Johannes de Procida, qui fidem clare memorie domini Patris nostri ac nostram multiplicatis erroribus

per diversos modos offensionis excessisset ab olim, ac Thomasius de Procida miles natus ejus dudum in insula nostra Sicilie rebellionis orto discrimine rebellibus nostris adheserit et etiam inimicis; quia tamen dictus Johannes restitutus ex nostra indulgencia principali ad fidem Sancte Romane Ecclesie rediit atque nostram, dictusque Thomasius subsequenter usus consilio saniori ad ejusdem Ecclesie atque nostram fidem et reverentiam, inspirante Domino, rediens, post huiusmodi ejus laudabilem reditum in nostris servitiis fideliter se gerendo nostram sibi gratiam studuit vendicare Nos qui ex innata nobis benignitatis clementia non solum excedentium culpas abstergimus, verum etiam eorum quos aliena culpa premit defectus facilius abolimus, omnem infamie notam seu maculam quam predictus Thomasius, tam ex pertacta parentis ejus culpa quam sua, incurrisse dinoscitur tollentes, de tota nostra scientia et gratiosius abolentes, restituimus eum ad actus legitimos honores gracias statum dignitates famam de ipsa certa nostra scientia gratia speciali. In cujus rei testimonium in prefati Thomasii cautelam presentis indulti scriptum exinde fieri et pendenti maiestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua, die xxviij Septembris quartedecime Indict. (1300) (1).

XXXI. *Dal Reg. Ang. del Reg. Arch. di Nap. Reg. 1306 Let. F. f. 142 (Giugno 1307). (Inedito).*

Si è detto che Giovanni irritato da personali offese all'onore, per insulti fatti alla moglie ed alle figliuole, uscisse dal Regno per compiere contro gli offensori la più feroce vendetta Sembra impossibile trovare altro modo da abbassare il più coraggioso il più vasto concepimento a passione più vile ed abbietta; nè poteva spacciarsi questa infamia in altri tempi che intorno alla metà del secolo XIV, quando in mezzo alle lascivie, alle adulazioni, ed alle crapule i Signori cingevano di lauri contaminati la fronte de'romanzieri e de' poeti, i quali soli avevano la funesta missione di spegnere ogni nobile sentimento col fasto di una civiltà evirata, e non sapevano apprezzare quelle passioni stra grandi, che non avevano più forza di concepire. D' altronde esistono i documenti che provano essere Giovanni uno di coloro che più fecero per riconquistare lo scettro all'ultimo rampollo degli Svevi. La cura che prendeva Carlo per averlo nelle mani subito dopo la battaglia di Tagliacozzo (*documento n. 4. p. 158*); il decreto che lo dichiarava proditore, e metteva il suo nome nel notamento de' fuorbanditi seguaci delle parti di Corradino; e quello che lo spogliava de' suoi beni, sono prove troppo evidenti che smentiscono l' ignobile calunnia. Ma i nostri Archivii sono zeppi di prove, diremo indirette, che mostrano che tutt'altro che privata vendetta moveva Giovanni, e che operava per un sentimento troppo diffuso nel Regno, e che se allora fu infeli-

(1) La indizione sotto gli Angioini cominciava il 1 settembre.

ce nella riuscita, non però era men grande nel concepimento in relazione a quei tempi. E Giovanni ebbe molti compagni e fautori nell'opera; del che, lasciando le dubbie prove, troviamo documenti chiarissimi ne' nostri Archivii, e fra gli altri quelli che riguardano alcuni nobili di Giffoni presso Salerno, i quali per la medesima causa furono involti nella stessa proscrizione, e rimasero anche dopo fedeli a Giovanni che rappresentava il capo e sostegno della causa indicata, finchè non videro quello spento e questa irreparabilmente perduta. Nè essi si distaccarono dalla famiglia di Giovanni mai più: per modo che Tommaso figliuol di Giovanni, divenuto potente presso Carlo II, non obbliò i vecchi compagni ed aderenti, e pose in opera tutto il suo credito per farli ritornare nel ben amato paese natio, dal quale molti erano morti lontani per ajutar l'opera del più grande uomo del medio-evo, in quel generoso affaccendarsi dell'intelligenza e del cuore di tutto un secolo, che non ricusava enormi sacrifizii per fare isvolgere il diritto di mezzo al caos creato dalla forza bruta e dalle pretensioni ed usurpazioni di ogni maniera delle caste e degli ordini civili corrotti.

In prova di ciò scegliamo uno di questi documenti troppo loquace, e significativo. Un decreto di Carlo I del 1272 (Reg. 1272. Let. A. fol. 249), dichiarava fuorbanditi molti nobili Giffonesi e ne confiscava i beni. Fra questi nobili eranvi quattro della famiglia Linguiti, cioè Giovanni, Matteo, Marcoaldo e Gregorio. Trasparisce da documenti posteriori che costoro rimasero fedelmente riuniti a Giovanni ed a'suoi, e li seguirono in Sicilia, ove furono coraggiosi sostenitori della causa difesa dal loro amico, e versarono il sangue per sostenere i figliuoli di Costanza, ultima di stirpe Sveva. Pochi avanzi di questi forti vivevano ancora nel 1307, quando Tommaso da Procida ottenne il loro ritorno nel Regno (1). Ecco il decreto che lo dichiara evidentemente.

Scriptum est Magistro Justitiario Regni Sicilie, Justitiariis, Capitaneis, Secretis, Magistris Juratis, Baiulis, Judicibus, Castellanis, ceterisque Officialibus per Regnum Sicilie constitutis presentibus et futuris devotis suis etc. Scire vos volumus, quod ad supplicis peticionis instanciam factam nobis per dominum Thomasium de Procida dilectum familiarem et consiliarium nostrum, domino Johanni et Riccardo de Lingueto de Gifono fratribus ac Thomasello ipsorum nepoti, *qui a tempore turbacionis quondam Corradini* exulasse de Regno et in Insula Sicilie donec inibi guerra fremuit moram traxisse dicuntur, quod de dicta Insula Sicilie in qua nunc etiam immorantur, ut fertur, ad partes dicti Regni citra farum venire, ibique morari absque alicuius offensione seu molestia tute possint, plenam concedimus licentiam et liberam potestatem, dum

(1) Da costoro certamente è derivata la famiglia Linguiti che ora fa parte delle più distinte di Giffoni, ed alla quale appartengono i due valorosi giovani, *Alfonso* e *Francesco* Linguiti, gemelli, Sacerdoti, maestri del Seminario di Salerno, e culti scrittori.

modo cum fidelibus paternis fideliter conversentur. Quo circa devocioni vestre Vicariatus auctoritate qua fungimus firmiter et expresse jubemus quatenus prefatum dominum Johannem et Riccardum et Thomasellum de predicta Insula ad partes istas citra farum venire ibique morari libere permittatis, nullum eis propter hoc impedimentum vel obstaculum inferentes, dum modo sicut premittitur cum paternis fidelibus fideliter conversentur. Presentibus post convenientem inspectionem earum remanentibus apud eos. Datum Neapoli per Nicolaum Fricziam de Ravello etc. Anno domini M.°CCCVIJ° die XVIJ. Junii. V Indictionis (1307).

XXXII. *Reg. Ang. del Reg. Arch. di Nap. Reg. 1299. Let. A. fol. 215 (Agosto 1299) (Inedito).*

Questo documento è servito di argomento a taluno per mostrare che Giovanni da Procida era stato il favorito di Carlo I di Angiò, e che domestici torti lo spinsero alla vendetta. Io l'ho citato nel T. I pag. 306, ed ho procurato dimostrare il senso della frase *dum esset in gratia clare memorie domini patris nostri*; ed ora lo riporto originalmente, anche perchè si vegga che era una terza persona, ossia una Vidua, che per provare la legalità del possesso di una vigna appartenuta un tempo a Giovanni, ed ora restituita al figlio di costui, *monstravit* che a lei era stata data da Giovanni in soddisfazione di debito, e mentre aveva la facoltà di farlo.

Scriptum est Straticoto Salerni presenti et futuro fidelibus suis, etc. Praccica mulier vidua de Salerno fidelis nostra maiestati nostre noviter conquerendo monstravit, quod quondam Johannem de Procida militem, dum esset in gratia clare memorie domini patris nostri, prefate mulieris ab antea debitorem in certis bonis et rebus *singulis* (1) mulieris ejusdem, que ad Johannem ipsum pervenerunt et tenebat, factum est quod Johannes ipse tunc per suos procuratores ydoneos se et heredes suos mento et procuratore dicte vidue satisfactionem de bonis et rebus hujusmodi solempniter obligavit, plena ipsi vidue potestate concessa, in defectu satisfactionis ejusdem, de bonis dicti Johannis heredumque suorum ad valores seu valorem dictorum bonorum et rerum ex quibus erat ipsi vidue ut predicitur obligatus, capere, apprehendere et tenere sub certis convenctionibus atque pactis prout in instrumentis puplicis inde subscriptis plenius continetur; Successu tandem temporis quo defectus dicte convencte satisfactionis instabat, mulier ipsa ex auctoritate convenctionum ipsarum et hujusmodi tradite potestatis, maxime quia Johannes ipse de Procida de satisfactione prefata pluries requisitus illam interposuit et non fecit, vineam unam dicti Johannis existentem in loco Calvariccie ipse utique mulieri, ut di-

(1) Il *singulis* è molto dubbioso, per modo che io aveva creduto leggervi il nome proprio della prima moglie di Giovanni.

cit, ex hoc specialiter obligatam cepit et tenuit et usque ad proxima tempora ex predicta causa possedit: Nos ad vos litteris impetratis ut eam in pacifica possessione dicte vinee defenderetis a qualibet perturbatione molesta. Verum Jeczolinus de Amigdolia miles olim Stratigotus Salerni ex auctoritate quarumdam litterarum nostrarum ad eum pro dicti quondam Johannis heredibus obtentarum de non permittendo eos in bonorum dicti quondam Johannis possessione vexatis, nulla tantum in litteris ipsis facta de huiusmodi vinea mencione mulierem ipsam ex arrupto dicta vinea spoliavit, ea in suis juribus et defensionibus non audita, non minus in juris injuriam quam ejus evidens detrimentum. Super quo dicta mulier, que alias inops asseritur de paupere hoc facta pauperior, provisionis nostre remedium simpliciter depoposcit, quam quo minus juste sit, si taliter sit, uni justicia quod alteri ex incanto injuria gravatur, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus tu, presens Stratigote, vocatis qui fuerint evocandi, si summarie de plano sine libelli oblatione strepitu et figura judicem tibi constituerit de premissis visis et diligenter inspectis juribus circa hoc mulieris ejusdem eaque in suis juribus defensionibus prout decet audita, restitutione possessionis dicte vinee cum fructibus inde medio tempore perceptis fieri dicte vidue facias. Etc. etc. Datum Salerni per B. de Capua militem Logothetam, et prothonotarium, etc. Die xviij Augusti. xij Ind. (1299).

XXIII *Reg Ang. del R. Arch. di Nap. Reg. 1304. Let. E. p. 32 (Febbrajo 1304) (Inedito).*

In questo documento si tratta di un compenso dato alla famiglia de Mari per la restituzione dell' Isola di Procida, che le era stata concessa; ma per errore forse dello scrittore si dice concessa a *Giovanni* figlio di Giovanni da Procida, mentre tutti gli altri documenti dimostrano che il figlio di Giovanni si chiamava Tommaso, come rilevasi ancora dal documento che segue, nè ebbe altro figlio che si chiamasse Giovanni.

Karolus secundus etc Tenorem presentium notum facimus Universis tam presentibus quam futuris. Quod nos hactenus grata et accepta servitia meditantes, que quondam nobilis vir Henricus de Mari (1) miles civis Janue dilectus fidelis noster clare memorie domino Genitori nostro et nobis fideliter et laudabiliter prestitit, Insulam Procide sitam in Justitieratu terre laboris, ad manus nostre Curie tunc rationabiliter devolutam, cum hominibus Vassallis Juribus et pertinentiis suis omnibus, eidem Henrico et suis heredibus utriusque sexus ex suo corpore legitime descendentibus

(1) Questo Arrigo, detto anche Arrighino de' Mari, oriundo Genovese, fu Ammirante di Carlo I Veg TUTINI. *De' sette Officii del Regno. Degli Ammiranti. Roma* 1666 *p* 74.

natis tunc et in antea nascituris pro valore annuo unciarum auri centum, et sub servitio perinde secundum dicti Regni nostri Sicilie consuetudine contingente, dedimus et concessimus graciose privilegio nostro sibi tunc concesso exinde ad cautelam. Verum postmodum causa utilitatis puplice suadente insulam ipsam revocatam utique de manibus dicti Henrici cum hominibus juribus et pertinentis suis omnibus supradictis quondam Johanni de Procida militi cuius antea fuerat, Johanni de Procida militi ejusdem Johannis filio restituendum duximus et gratiose volumus, et sic itaque nos pro consideratione meritorum et fidei Henrici prefati, in recompensationem dicte nostre gratie sibi facte, Lanfranco de Mari ejusdem Henrici primogenito et herede ac ipsius Lanfranci heredibus utriusque sexus ex suo corpore legitime descendentibus natis jam et in antea nasciturus, renunciato prius per eum in manibus nostris sponte omnibus et singulis provisionibus et assignationibus quibuscumque per nostre majestatis munificentiam hactenus sibi factis, de annuo reddito unciarum auri centum et assignante sibi in terra et bonis fiscalibus dicti Regni Sicilie non existentibus de mero nostro demanio, quam primus ad id comode se facultas obtulerit, de speciali gratia et certa nostra scientia in perpetuum duximus providendum etc. ect. Datum Averse per B. de Capua etc. Die ultimo februarii ij Indict. (1304).

XXXIV. *Da' Reg. Ang. del R. Arch. di Napoli Reg. 1320. Let. C. p. 202. (Maggio 1321) (Inedito).*

Il seguente diploma contiene l' investitura del feudo di Procida a Giovanni nipote del celebre Giovanni.

Karolus (Illustris Jerusalem et Sicilie Regis Roberti primogenitus, Dux Calabrie ac ejus Vicarius generalis), etc. Magistro Portulano Principatus et Terre Laboris, seu ejus locumtenenti fideli paterno et suo salutem etc. Feudorum successio ceteris partis ex ordine censura jure indicante defertur, ab illis igitur quibus hec competit sacramentum fidelitatis et homagium ac consuetum relevium ex more recipimus, et investiture loco de assecurandis ipsis a vassallis eorum et quod eis respondeant de consuetis et debitis nostras investitorias litteras indulgemus. Sane veniens nuper ad regiam curiam dominus Johannes de Procida fidelis paternus et noster, et denuncians obitum quondam domini Thomasii de Procida patris sui, nobis supplicavit humiliter ut cum ipsius quondam domini Thomasii se asserat primogenitum filium et legitimum successorem natu et etate majorem jure francorum videntem assecurari eum ab hominibus et vassallis Castri Procide, siti in insula Procide, de Justitieratu terre laboris, quam dictus pater suus dum vixit pro valore annuo unciarum aurei quadraginta sub militari servitio duorum militum de novo dono Regio iuxte et rationabiliter ac immediate a regia Curia tenuit et possedit, ipseque dominus Johannes

nunc ex successione paterna modo simili iuxte tenet et possidet sicut dicit iuxta Regni consuetudinem mandaremus. Quod ergo de fide successione ipsius domini Johannis et aliis capitulis ad hoc pertinentibus per inquisitionem de mandato ipsius curie habitam ipsi curie plene constat dictusque dominus Johannes manibus nostris, iuxta usum et consuetudinem dicti Regni Sicilie, pro ipso domino patre nostro pro dicta terra feudali ligium fecit homagium, et fidelitati debite ipsi Curie prestitit juramenta, solvitque pro relevio ejusdem terre sue Procide dicte Curie debito in Camera Regia thesaurum Regium uncias viginti ponderis generalis; ejusdem domini Johannis supplicationibus inclinati fidelitati vestri Vicariatus qua fungimus auctoritate mandamus, qualenus recepto prius ab hominibus et vassallis dicte terre Procide quos idem dominus Johannes in dicta provincia terre laboris ex eadem successione paterna ab eadem Regia Curia iuxte ac rationabiliter tenet et possidet, ut prefertur, pro dicto reverendo domino Genitore nostro et nobis fidelitatis debite juramento, faciatis deinde prenominato domino Johanne ab hominibus et vassallis eisdum iuxta dicti Regni usum et consuetum assecurationis debite sacramenta prestari, sibique intendi et responderi de omnibus in quibus tenentur et debent fidelitati Regia atque nostra, servitio quoque feudali predicto et majori si majus exinde ipsi Curie debeatur, Regiis et nostris aliis, et cujuslibet alicujus juribus semper salvis. Etc. Datum Neapoli per dominum Bartholomeum de Capua etc. Anno domini M.° CCC° xxj° die xxvij Maii, V Indictionis. Regnorum dicti domini patris nostris anno xiij.

XXXV. *Dai reg. Ang. del R. Arch. di Napoli. Reg. 1339-1340 Let. B. p. 12 a tergo (Maggio 1340) (Inedito).*


Per accompagnare la famiglia di Giovanni fino al tempo in cui vendè l'isola di Procida, dalla quale si denominava, riportiamo parte del Rescritto di ricognizione o Regio assenso per la vendita, fattane da Adinulfo di Procida, figlio di Giovanni Juniore, a Marino Cossa nel 1340. Adinulfo si ritirò in Valenza, e con lui il ramo primogenito de' Procida cessò nel Regno. Giovanni juniore aveva avuto un altro figlio, a nome Tommaso, forse premorto al padre.

Robertus (dei gratia Rex Hierusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis Comes). Universis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris. Subjectorum nostrorum compendiis ex affectu benigne caritatis accedimus quo fit ut nostrorum petitionibus gratiosis assensu facilem benignius prebeamus. Sane Marinus Cossa de Yscla miles Cambellanus consiliarius familiaris et fidelis noster nuper maiestati nostre reverenter exposuit quod Nicolaus Paganus de Salerno procurator Adinulfi de Procida de Salerno filii et heredis quondam Johannis de Procida militis tenentis et possidentis in mediate in Capite a nostra Curia in Justitieratu terre laboris et Comitatus

Molisii Insulam et Castrum Procide et devivar de novo feudo pro valore annuo unciarum quadraginta et sub servitio duorum militum procuratorio nomine et pro parte ejusdem Adinulfi habens ab eo exinde per quoddam scriptum puplicum procurationis ipsius plenariam potestatem et speciale mandatum sponte vendidit alienavit et tradidit prout eidem Adenulfo pro suis utilitatibus et necessitatibus expediens et comodum visum fuit prefato Marino ementi et recipienti pro se et suis heredibus imperpetuum prefatam Insulam et castrum Procide seu devivar cum fortilitiis hedifitiis domibus hominibus vassallis vassallorumque juribus et redditibus, pratis nemoribus Pascuis molendinis aquis aquarumque decursibus possessionibus terris Cultis et Incultis Vineis olivetis Tenimentis Territoriis aliisque juribus et pertinentiis omnibus eorumdem pro certo hincinde commendo et per ipsum Marinum eidem Nicolao procuratori dicti Adenulfi procuratorio nomine quo super integri prosoluto prout hec et alia in quodam Instrumento Puplico perinde confecto ponuntur plenius et seriosius contineri Supplicavit itaque prefatus Marinus majestati nostre devotius ut venditioni alienationi, ac tradditioni premissis factis modo premisso omnibus aliis in prefato Instrumento contentis assentire, illisque confirmationis nostre robur addicere de benignitate dominica dignaremus Nos igitur, etc. Datum Neapoli per Johannem Grillum de Salerno etc. Anno domini M.° CCC.° xxxx.° die xxj.° Marcii. viij Indict. Regnorum nostrorum anno xxxj.°

XXXVI. *Monumenti lasciati in Salerno da Giovanni da Procida.*

L'immenso amore che Giovanni portava alla sua terra natale gli fece adoperare tutto il suo potere per renderla bella e fiorente. Ma ancora in questo apparisce chiara l'indole sua ardita e positiva, onde cercava innanzi tutto far divenire la sua Salerno l'emporio ed il centro del commercio della meriggia Italia, per modo che pria si rendesse importante per ricchezza, per poscia di necessità, e come conseguenza legittima dell'opulenza, crescere di popolo, ed ornarsi di palagi, di chiese e di monumenti. Si vada col pensiero al XIII secolo, in cui le città italiane esercitavano quasi sole il commercio tra l'Europa e l'oriente, unica via di relazioni e di cambii, che allora esistesse, prima che l'intraprendenza audacissima dell'uomo avesse tentato l'Oceano, e prima ancora che l'italo genio avesse scoverto un nuovo mondo: si vada col pensiero, diceva, a quel secolo ed alle condizioni civili di quel tempo, e si vedrà quanto sagace in pari tempo e giudizioso fu il proponimento di Giovanni di fondare in Salerno, una grande fiera che richiamasse colà i prodotti dell'industria, dell'agricoltura e della pastorizia delle nostre fertili terre; e di adornare Salerno di un vasto porto che ne formasse lo *scalo* principale del nostro Regno fra l'oriente e buona parte d'Italia. E *fiera* e *porto* ottenne Giovanni da Manfredi che lo amava, e l'onorava. La fiera ancor dura, ma grandemente decaduta dall'antica im-



LUCIGNANI. CAVARRETTA.

portanza, mentre un tempo vi si praticava per gran parte del mese di Settembre, e Salerno diveniva il più grande emporio della bassa Italia.

La costruzione del porto ha per quel tempo molto di sorprendente. Il golfo di Salerno è vasto e burrascoso, e nel lungo lido a mezzogiorno della città non vi è rada, nè cala, nè porto, nè ricovero alcuno de' navigli; ed all'occidente il porto della storica e benemerita Amalfi era quasi per tutto interrato. Quale importanza non avrebbe data a Salerno un porto sicuro? E Giovanni concepì l'aggiustato pensiero, ne ottenne la concessione reale nel 1260, e tosto ed in poco tempo spinse molto innanzi il lavoro nel breve ed agitato Regno di Re Manfredi. Il porto rimase incompiuto, e Giovanni non ebbe il conforto di vedere perfezionata un' opera tanto ardita e tanto utile Più volte nel secolo seguente si tentò di menare a fine quel porto: ma era mancato il genio che sa vincere le difficoltà e perfezionare le opere grandi. Forse la scienza idraulica odierna non trova opportuno ciò che rimane, e che non ha potuto essere distrutto dalla forza del mare, del tempo e della negligenza degli uomini, e si ammirerà per lunga età, malgrado che il compiuto abbandono per sei secoli ne avesse fatto interrare il fondo. E chi scendendo da Vietri verso Salerno, ed ammira il magnifico panorama che rappresenta questa bella Città, che si spiega sulla marina alle falde di un monte in cima al quale sono le macerie superstiti del vasto e ben munito castello, cui fan corona alle spalle le vette degli appennini, vede pure spingersi sul mare dal nord owest al sud gli avanzi dell'opera ardita, come vedesi dalla figura.

Una lapide esisteva in memoria di questo porto: ma l'invidia o

la malvagità l'avrebbero sicuramente distrutta, se la pietà de'cittadini non l'avesse conservata nel Tempio di S. Matteo, e posta sotto la tutela della religione. Essa si vede nella Cappella de' Procida, ora di S. Gregorio VII, incastrata nel muro interno a destra di chi entra. La iscrizione leggesi nel Tom. I. p. 301.

L'altra opera di Giovanni ancora superstite, che mostra aver saputo egli congiugnere alle civili virtù anche la pietà religiosa, è una graziosa cappella nel Duomo Salernitano, in fondo della navata di mezzogiorno ed a sinistra dell'altare maggiore. Questa Cappella era detta *la Crociata*, o la Cappella di S. Michele Arcangelo della famiglia Procida. E qui si rifletta che S. Michele Arcangelo è stato abantico ed è ancora protettore dell' isola di Procida. Che la Cappella sia stata fondata da Giovanni il dicono questi due versi che ancor si leggono in gotici caratteri, ed a mosaico alla base della cupoletta, e che la tradizione afferma essere stati posti in omaggio della città riconoscente: *Studiis magnis fecit pia cura Johannis — De Procida, dici meruitque gemma S(alerni)*. La cupola stessa è graziosamente effigiata in musaico, col fondo indorato ed a stile bizantino, secondo la figura che ne riporto in picciolissime proporzioni. Essa rappresenta S. Michele Arcangelo, che stendendo due grandi ale al di sopra de' personaggi che stanno all' uno ed all' altro lato, (ma su di una base molto inferiore, cioè sul cornicione superiore della Cappella), si dilunga per molti piedi per la piegatura della volta, e dalla parte ch'è dirimpetto a chi entra nella Cappella. Al disotto della figura di S. Michele vedesi quella di un Evangelista seduto sopra una sedia a bracciuoli col Vangelo aperto nella mano destra, ch'è certamente S. Matteo. Sottoposto a tale figura, ma verso il lato diritto della medesima, e sinistro di chi entra, vedesi in piccolo un uomo ginocchioni, con le mani giunte e rivolto verso l'Evangelista. Abantico si è sempre detto che questa figura rappresenti Giovanni da Procida, nè certo può essere di altro che del fondatore di quella cappella. D'intorno alla volta vi sono quattro altre figure. Le due più vicine all'Evangelista, e sottogiacenti alle grandi ale dell'Arcangelo, rappresentano S. Giovanni a destra dell'Evangelista e S. Giacomo a sinistra; di lato a S. Giovanni vi è la figura di S. Fortunato, e di lato a S. Giacomo avvi quella di S. Lorenzo. Queste quattro figure poggiano co'piedi sopra una base comune ed alquanto inferiore a quella dell'Evangelista, che termina col finestrone della Cappella Ciascuna delle quattro figure laterali, ha una iscrizione latina, cioè *S. Johannes*, *S. Jacobus*, *S. Lhurentius*, *S. Fortunatus*.

Il resto della Cappella è opera moderna Dopo che l'arcivescovo Marcantonio Marsilio Colonna ebbe trovato il corpo di Gregorio VII nel 1578, lo fece trasportare in questa cappella, dove 36 anni dopo l'altro Arcivescovo Lucio Sanseverino fece costruire l'altare attuale che contiene l'arca ov'è il corpo del Santo Pontefice, ed è sormontato dalla statua marmorea del Santo. Ciò dimostra una iscrizione esistente nella cappella medesima immediatamente al di sopra della lapide che riguarda il porto.



XXXVII. *Empiastro di Giovanni di Procida.*

Per nulla lasciare di questo illustre personaggio riportiamo anche il suo empiastro, come è stato trasmesso dagli antidotarii, massime da Giuseppe Donzelli (*Teatro farmaceutico. Venezia 1728, pag. 429*). Questo empiastro fino a' nostri tempi è adoperato fra noi, e riconosciuto col nome del suo Autore (1). Anche Della Marra (*Delle famiglie nobili ec. p. 134*) cita questo empiastro, dicendo: « quanto fusse in essa (medicina) celebre e famoso Giovanni signor di Procida, appare non solo dall'empiastro, ch'egli inventò, e che oggi presso i medici è comunemente chiamato l'empiastro di Giovanni di Procida; ma anche, ec. (2) » Eccone la composizione, secondo Donzelli:

(1) Ricettario farmaceut. Napolitano pubblicato in Napoli nell'anno 1851, ec. ec.

(2) Ved. anche Cam. Tutini. De'sette Officii del Regno Roma 1666. Degli Ammiranti pag. 66.

« Piglia di rose rosse incomplete, assenzio ana dr. iiij; cinnamomo, noci muschiate, garofani, storace, calamita, legno aloe, spiganardo, calamo aromatico, coralli rossi, cipero, mastice, incenzo ana dr. v; se ne fa polvere. Poi piglia di laudano dr x, di terebintina onc. viij, cera bianca once ij. Si liquefacciano ne' sottoscritti sughi, cioè, sugo di assenzio, di maggiorana, di lentisco, di mirto, di rovo e di caprioli di vite ana onc. I.

« Sieno cotti secondo l'arte, finchè si consumino i sughi, poi vi si aggiungono le polveri suddette, sottilissimamente pestate, e se ne fa empiastro.

« *Facoltà ed uso.* Corrobora il ventricolo ed il cuore, fa venire l'appetito de' cibi; giova alla concozione, e di più ferma l'uscite di corpo Per due anni si stima efficace.

« Il famoso *Giovanni*, antico Signore di *Procida* (che machinò quel solenne Vespero Siciliano) fu autore di questo empiastro, utilissimo a quanto promette la ricetta, ec. »

XXXVIII. *Documento sulla fig'iuola di Gio da Procida. Da' Reg. Ang. del R. Arc. Nap. Reg. 1295. L. E. f. 166 (settem. 1295) (Inedito).*

Il ch. Can Teol. Paesano diligente ricercatore delle notizie patrie ebbe conoscenza di un ms. sulle famiglie Salernitane, che si conserva dalla ill famiglia Pinto in Salerno, e che contiene importanti notizie Io mi recai colà di persona ad esaminarlo, e fra le altre cose rilevai che oltre i due maschi Francesco, e Tommaso ebbe Giovanni da Pandolfina anche una femina a nome Giovanna, che fu monaca nel monistero di S. Spirito di Salerno. Costei mossa da spiriti religiosi ed espansivi, de'quali quel secolo offre luminosi esempii, concepì il disegno di edificare un altro Monistero nella sua Salerno, ed ottenne dal Re Carlo II il permesso d'inviar persone in Sicilia per ottenere i mezzi dal padre nell'anno 1295, come dimostra il doc citato nel ms. e da me trascritto nel R. Archivio. Il lodato Canonico per altra via ha rilevato che oltre il nuovo Monistero eretto dalla Giovanna, cioè quello bellissimo di S. Lorenzo del Monte, nel libro delle regole del Monistero di S. Michele (dove ancor si conserva il ritratto di Giovanna) si trova registrato che ella ottenne da Bonifazio VIII la riforma del Monistero di S. Spirito, ma che passò a quello di S. Lorenzo con la riserva del padronato per dieci monache. Ecco il diploma.

Scriptum est Guidoni de Alemannia militi Vicario Principatus etc. Supplicavit nobis Johanna de procida monialis Monasterii Sancti Spiritus de Salerno ut cum in Monasterio Sancti Laurentii de Monte situ in eadem Civitate eidem moniali ab apostolica Sede concesso hedificari intendat et super hoc implorare auxilium Johannis de procida Patris sui mittendi in Sicilia ad dictum Patrem suum pro ipsius prosecutione laudabilis operis, sibi licentiam concedere dignaremus, cujus supplicationibus annuentes pia coadiu-

vantes proposita districte tibi precipimus quatenus nuncio monialis ejusdem dum mandato sit talis in quem non cadat suspicio per tam predictam concedas licentiam in Siciliam transeundi prefigens ei terminum competentem infra quem abinde revertatur. Datum Neapoli per Magistros Rationales, etc. die xij° septembris viiij indictionis (1295).

XXXIV. *Notizie varie intorno a' Procida.*

A compimento di questi documenti relativi a' Procida vogliamo aggiugnere poche rettifiche rilevate dal Manoscritto Pinto: 1.° Cita questo un istrumento del 1293 per Not. Tommaso Dardano di Salerno, il quale parla di una Marotta figlia di Landolfo di Procida, figlio di Pietro, figlio di Giovanni, figlio di Azzone Conte. Il Landolfo è citato dagli Storici come fratello di Giovanni, ed il Notajo ha dovuto interrompere la successione andando subito ad Azzone stipite della famiglia. 2.° Seconda moglie di Tommaso era in realtà Beatrice Comite (p. 189) ma sposata certamente prima del 1310, come vuole della Marra. 3.° Francesco in Ispagna ebbe due figli Tommaso e Caterina, la quale fu moglie di Niccolò Pagano di Salerno, ed ebbe in dote il Castello di Reino in Capitanata, secondo un Istrumento del 1394 per Not Gio de Madio di Napoli 4.° La famiglia di Procida per circa due altri secoli fiorì onoratamente in Ispagna, e Francesco Diego che scrisse gli *Annali di Valenza* ci fa sapere che a'tempi suoi viveva un Giuseppe di Procida Commendatore maggiore di Montesa, ed era figlio di Pietro che il primo fu Marchese di quel Regno per titolo ottenuto da Filippo II nel 1560.

Infine il ch. Can. Teologo *G. Paesano* nel consultare l'Archivio del celebre ed antichissimo Monistero delle Benedettine, detto di S. Giorgio in Salerno, in un Libro ms che contiene i nomi delle religiose defunte, e che consiste in un riassunto di un antico voluminoso Libro non più riperibile, ha trovato segnato fra le monache il nome di una Margherita di Procida, senza indicazione di tempo. Sembra essere la Margarita figlia di Giovanni juniore.

ta da' prologhi stessi di Ruggiero; e però questi prologhi sono stati posti in armonia col nuovo ordine seguito nel mio manoscritto. Se ne ha la prova nelle varianti da me date del Prologo del libro IV, e nelle *Addenda* si troveranno alcune varianti analoghe pel Prologo del libro II; per errore queste varianti non si scorgono a piè della pag. 574. In quanto al Prologo del libro III, è tralasciato per intero nel mio ms.; io lo dò in supplemento con le altre parti di Ruggiero e di Rolando non riprodotte da questo ms. (Veg. p. 218). Per i rinvii che si trovano nell' interno stesso del testo, si è stato in generale fedele al nuovo ordine adottato da'glossatori. Così, p. 567 a proposito delle fistole e del cancro, è rinviato al *libro secundo,* dove nel mio ms. si è riunito tutto ciò che riguarda queste affezioni, mentre che nelle edizioni di Ruggiero e di Rolando le fistole ed i cancri sono dispersi ne'libri I, II e III, secondo l'ordine delle regioni. Altro esempio, pag. 673: qui nello stesso testo di Ruggiero si è fatto un cambiamento per metterlo in armonia col nuovo ordine. Così a proposito del dolore d'orecchio (III, XI, nel ms.), in fine del capitolo, il mio ms. porta: *et cetera prosequentia sunt que in prima particula secundi libri de apostematibus dicta sunt.* In fatti nella prima parte del libro trovasi il passo al quale è rinviato; ma nelle edizioni (I, XXIX) si legge (questa è ancora una variante che io aveva trascurato a torto): *et cetera.... sequenti particula in apostematum cura dicemus*; ed in fatti nel libro II, cap. 2, si troverà ciò che riguarda gli apostemi.—Tuttavia io ho osservato alla p. 596 due eccezioni a questa regola di modificare il testo di Rolando per metterlo in rapporto col nuovo ordine. Così l. 4-5 si legge: *In principio hujus tractatus ubi tractatur de scrophulis capitis*; questo soggetto si trova trattato nelle edizioni, cap. XVI del lib. I; ma nel ms è nel lib. II, cap. I, p. 615. Alla stessa p 596 l. 12-13, si dice nel ms. come nella edizione: *Unguento viridi quod dicitur in capitulo quod intitulatur: De curis nasi a superfluitatibus* (I, XIX delle ediz.): ma nel m. bisogna cercare questo soggetto nel libro II, XV, p. 625: bisognava dunque scrivere *dicetur* in vece di *dicitur.*

§ 13.— P. 497, l. 12, si legge: *Magister tamen Rolandus*, ec. Ma nelle edizioni e ne'MS della *Chirurgia* di Ruggiero con le addizioni di Rolando si legge *Rogerius* e non *Rolandus*; e ciò con ragione, perchè il prologo *Medicina equivocatur*, ec. è di Rolando e non di Ruggiero; in modo che se Rolando vi si avesse nominato avrebbe detto, come alla p. 561, e come nell'epilogo, *ego Rolandus* Del resto ben si vede ch'è anche *Rogerius* che i *Quattro Maestri* avevano sotto gli occhi, perchè nelle *Glosse* sul *Prologo* di Rolando, p. 505 (I. cap.), e sull'Epilogo (p. 724) essi dicono che per dimanda de'suoi amici, Ruggiero (e non Rolando) ha scritto il suo libro; infine Ruggiero stesso nella prefazione del I.° libro che di sopra ho riprodotta perchè Rolando l'ha omessa, ci fa sapere che ha scritto a premura de'suoi amici.

Il capoverso citato delle *Glosse* sul *Prologo* di Rolando presenta

due difficoltà: sulle prime i *Quattro Maestri* dicono: *Primo se expedit actor de prohemio dicens*, etc.; è vero che nel Preambolo Rolando dice che a dimanda de'suoi amici Ruggiero ha scritto un trattato di chirurgia, veduta la penuria di queste specie di opere (Veg. §. seg); ma è nell' *Epilogo* e non già nel *Prologo* che Rolando parla dell' epoca nella quale è stato composto il libro di Ruggiero. D'altra parte nè nel *Prologo* nè nell' *Epilogo* vien detto che Ruggiero si unì con tre altre persone per fare il suo lavoro. Io non so dove i *Quattro Maestri* han ricavato tuttociò.

§ 14.—Rolando nel suo prologo del primo libro, dice ch'egli ha pubblicata la *Chirurgia* (cioè quella di Ruggiero con le *addizioni*) a motivo della penuria di libri; e questa riflessione è giusta, perchè prima di Ruggiero non si trova altro, eccetto gli Arabi, e la chirurgia di Costantino, ed anche questa è in gran parte una traduzione dall'arabo. Fra Ruggiero, il cui libro fu il manuale de'chirurgi fino a Rolando, e Rolando stesso, non v'è alcun importante autore conosciuto. Si vede altresì che al tempo de' *Quattro Maestri* la letteratura chirurgica non era molto fiorente, perchè si legge nelle loro *glosse*, p. 521, l. 6: « Vix autem aliquem invenies qui « huius doctrine vel artis librum viderit aut habuerit *a magistro* « *docente litteras* ». — In effetti Ugone, Bruno e Teodorico, sono presso a poco i soli Autori che i *Quattro Maestri* aveano potuto conoscere dopo Rolando, che tuttavia si eccettui sempre Costantino e gli Arabi, ch'eglino citano frequentemente.

§ 15.— Ne'*Quattro Maestri* vi è un intero paragrafo (pag. 603 604) sul zodiaco anatomico, o corrispondenza delle diverse parti del corpo co'segni celesti, e precisamente alla fine del mio manoscritto (veg. la sua descrizione) si trova una figura, molto bene eseguita, che dà una rappresentazione di questo zodiaco (p. 211). Io non saprei dire se il passo de' *Quattro Maestri* lo abbia direttamente fatto nascere, o si trova là per riempiere una pagina vuota.

§ 16.—Io osservo che, sia in Ruggiero e Rolando, sia soprattutto ne'*Quattro Maestri* si fa spesso una distinzione fra'poveri ed i ricchi pe'diversi modi di trattamento (pag. 528, 534, 558, 582, 601, 646, 650, 711). È questo un uso frequente fra' medici del medio evo; e bisognerebbe badare a non vedere in questa distinzione altro che un motivo di economia in favore de' poveri.

§ 17.— È detto nell'Epilogo che l'opera di Ruggiero fu pubblicata da Guido di Arezzo, professore di logica, per dimanda de'suoi compagni (socii) e del suo *eccellente dottore*; nel Preambolo del II libro Ruggiero dice di aver presi i suoi materiali da un *eccellente dottore* nell'insegnamento pubblico o privato: infine nel Preambolo del libro I si legge che Ruggiero ha scritta la sua opera per dimanda de'suoi compagni. Senza dubbio i *compagni* sono gli allievi,

gli studenti Galeno anche dice che la maggior parte de' suoi libri è stata scritta a premura de'suoi amici e de' suoi allievi. È questa una specie di jattanza molto in uso presso i medici antichi e del medio-evo; eglino ci fan conoscere in tal modo che avevano un seguito numeroso e che si sapeva apprezzare il loro merito. Littré ha fatto un osservazione analoga a proposito di un poema medico inedito del secolo XIII (veg. *Hist. litt. de la France*, T. XXII, p. 109). —Secondo Malgaigne (*Introd. aux oeuvres d'Ambroise Paré*, p. XXXIV) in Ruggiero si trova la più antica menzione del titolo di *dottore* (almeno per un medico, perchè io credo che in tal modo la intenda il sig. Malgaigne): in fatti si trova ordinariamente la voce *Magister*.

§ 18. — La ligatura de'vasi (vene ed arterie) è una pratica familiare a'*Quattro Maestri*, (veg. p. 515, 514, 663, 772) Eglino conoscevano tanto la ligatura diretta sopra un vaso¹, quanto la ligatura mediata, o in massa, che comprende una parte delle carni nell'ansa del filo. Del resto trovasi anche la menzione della ligatura in Ruggiero (veg. per es. p 665). *L'abstractio venarum* del primo passo de' *Quattro Maestri* è senza dubbio la divisione compiuta dei vasi, onde le estremità si contraggono, a meno che non si tratti dell'azione di lacerare questa estremità con una trazione con torcimento.

§ 19. — Vi è ne'*Quattro Maestri* (p. 643) un passo che mi sembra dover essere aggiunto a quelli che si sono raccolti sulla storia della sifilide nel medio evo; esso è così concepito: « Aliquando rum- » pitur filum virge ex concubitu cum puella; ex qua causa frequen- » ter accidit cancer]; » Non è piuttosto dal coito impuro che dalla sola rottura del frenulo che bisogna attribuire l' ulcera (*cancer*); si sa che questa affezione o rode il frenulo o sovente è preceduta dalla sua rottura.

§20. — La menzione del setone è frequente ne'*Quattro Maestri*, ed ancora in Ruggiero ed in Rolando (veg., per esempio, p. 545, 600, 603, 658, 686, e seg); ma i passi ne' quali senza dubbio si parla del laccio che si passava nell'apertura, si trova no sicuramente alla pag. 685, nella quale i *Quattro Maestri* dicono: « *Singulis diebus seto huc et illuc trahatur*, *et longo tempore portetur etc.* » ed alla pag. 545 si legge in Ruggiero: *Seto vel de panno lineo, etc.*

§ 21. — Oltre le citazioni che portano il loro nome, i *Quattro Maestri* fanno ancora delle citazioni anonime, veg., per esempio, p. 541 *(aliqui)*; — p 584 *(practici nostri novi)*; — p. 640 *(quosdam medicos)*; — p 697 *(moderni)*; p. 698 *(antiquus medicus maxime approbatus (1)*; — p. 715. *(sapientia medicorum)*.

(1) Io trovo in Garioponto (cap. X) la raccomandazione di cauterizzare l'occipite fino all'osso per la mania, ma non vi si parla nè del *vir religiosus* delle nostre glosse, nè di bendare gli occhi, nè di mettere l'ammalato in collera.

CONCORDANZA DEI CAPITOLI DI RUGGIERO E ROLANDO NELLO STAMPATO E NEL MANOSCRITTO.

Stamp.	*Ms.*
I. 1, 2	I. 1
I. 3	I. 2, 3
I. 4	I. 5
I. 5, 18	I. 4, 6
I. 6	I. 9
I. 7	I. 7, 8,
I. 8	I. 4.
I. 9	I. par. 4.
I. 10	I. 13
I. 11	I. 12
I. 12	I. 10
I. 13	I. 10
I. 14	II. 10
I. 15	II. 11
I. 16	II. 11
I. 17	III. 1
I. 18	II. 24. III. 2 à 10
I. 19	II. 15
I. 20	II. 17
I. 21	II. 16
I. 22	IV. 9
I. 23	IV. 1
I. 24	II. 25
I. 25	III. 14
I. 26	II. 12
I. 27	II. 13
I. 28	II. 14
I. 29	III. 11, 12
I. 30	III. 13
II. 1	I. 14, 15
II. 2	II. 1, 2, 4, 18
II. 3	III. 5
II. 4	II. 7
II. 5	II. 26
II. 6	II. 6
II. 7	II. 3
II. 8	II. 15
II. 9	III. 15
II. 10	III. 16
II. 11	IV. 10
II. 12	omittitur
III. Prol.	omittitur
III. 1	I. 16
III. 2	I. 17
III. 3	IV. 2
III. 4	I. 16
III. 5	I. 18
III. 6(1)	I. 18; IV. 8.
III. 7	I. 22
III. 8	I. 23
III. 9	I. 22. 24
III. 10	I. 24. II. 2.
III. 11	I. 19
III. 12	I. 20
III. 13	I. 21
III. 14	IV. 11
III. 15	IV. 12
III. 16	IV. 13
III. 17	IV. 3, 7
III. 18	II. 27
III. 19	I. 25
III. 20	IV. 4
III. 21	I. 27
III. 22	I. 25
III. 23	I. 25
III. 24	I. 25
III. 25	I. 25
III. 26	I. 27
III. 27	II. 28
III. 28	II. 19
III. 29	II. 8
III. 30	I. 28
III. 31	II. 9. 20
III. 32	III. 17
III. 33	III. 18
III. 34	III. 19
III. 35	I. 26
III. 36	I. 26
III. 37	I. 26; II. 29
III. 38	III. 20
III. 39	I. 28
III. 40	III. 21
IV. 1	I. 29
IV. 2	I. 30
IV. 3	I. 30
IV. 4	I. 30
IV. 5	IV. 14
IV. 6	IV. 5
IV. 7	IV. 15
IV. 8	IV 6.
IV. 9	IV. 16
IV. 10	II. 22. 23
IV. 11	omittitur
IV. 12	III. 22
IV. 13	III. 23
IV. 14	III. 24

(1) Questo capitolo si trova due volte presso a poco identicamente nel Ms. Lib. I, e Lib. IV; ma la seconda volta senza le glosse.

LISTA DEGLI AUTORI O DELLE OPERE CITATE DA' QUATTRO MAESTRI.

(1) Autore che mi è sconosciuto del pari che al sig. de Renzi (Veg. la sua *Collectio Salernitana* T. II. p. 782).

(2) Come quasi tutti gli Autori di questa epoca i Quattro Maestri non citano che gli *Aforismi* ed il *Prognostico*: Eglino seguono la traduzione di Constantino.

SUL POEMETTO

DE PHLEBOTOMIA

DI GIOVANNI DELL'AQUILA.

Molte e gravissime ragioni ci consigliano a comprendere questo poemetto nella nostra collezione. Innanzi a tutte sta quella di contenere esso le dottrine de'maestri Salernitani intorno al salasso, ed inoltre molti versi presi interamente dal *Flos Sanitatis* della Scuola Salernitana. A ciò si aggiugne l'essere stato scritto da un Medico del Regno di Napoli che godeva molta fama nel secolo XV e che probabilmente era stato allievo della scuola di Salerno. Da ultimo in un tempo in cui si guardano con favore le pubblicazioni de'trattati inediti antichi, non dovrà essere letto senza una qualche compiacenza un poemetto che si trova citato nelle opere bibliografiche e storiche (1), e che intanto giacevasi ancóra inedito nella Biblioteca di Parigi.

Dalle notizie che la Storia ci ha trasmesse intorno a questo medico sappiamo ch'egli nacque in Lanciano negli Abruzzi verso il 1430, che esercitando la medicina nel nostro Regno acquistò tanta fama da essere riguardato come un secondo Esculapio. Chiamato nel 1473 nella Università di Pisa ad insegnarvi medicina, egli per circa sette anni brillò dalla cattedra in maniera, che nel 1479 fu invitato con larghi stipendii in Padova. Ivi per circa 30 anni professò con grande lustro, e con tanta soddisfazione de' rettori degli studii, che fu escluso dal sorteggio che in ogni anno facevasi per la conferma de'professori. Finalmente grave di età venne a lui concesso il titolo di professore emerito, ed a suo successore venne nominato Bernardo Sperone. Egli fu autore di varie opere una delle quali fu pubblicata col titolo: *De sanguinis missione in pleuritide: Venetiis 1520.* Da Carrére viene citata anche un'altra opera poco conosciuta, che si dice pubblicata anche in Venezia nel 1521, e che contiene le sue osservazioni al *Conciliator differentiarum* di Pietro d'Abano. Non si sa se oltre questo poemetto sul salasso, egli abbia lasciate altre opere manoscritte.

(1) *Haller*; Biblioth. Chirurg. tom. 1. pag. 170 — *De Renzi*. Storia della medicina in Ital. tom. 2. pag. 390-391.

DE PHLEBOTOMIA

LIBER

INCIPIT LIBER RIGNALDI (SIC) DE PHLEBOTOMIA.

Cum sint perpauci qui nolint phlebotomari,
Pluribus utilior iste libellus erit.
Omnibus omne quod est opus observare minutis
Distinctum totum continet istud opus.
Phlebotomia quidem permultis utilis extat.
Si modo multimodis docta sit illa modis.
Phlebotomia venit permultis causa salubris
Aegraque permultis phlebotomia venit.
Si fiat rite, si recte cuncta gerantur
In multis causis causa salubris erit.
Sed si non recte, nec rite singula fiant,
In multis causis fit mala causa malis.

Quis, quid, ubi, quando, quantum, cur, qualiter, unde,
Cum sibi quis minuit, mente, minutor, habe.
Haec bene pertractans bene contractes minuendos;
Consumat breviter haec tibi summa brevis.
Ad *quis* respiciunt aetas, complexio, virtus;
Vult *quid* materiam significare tibi.
Tempora *quando* tenet; possedit pondera *quantum*;
Ast *ubi* de proprio disputat arte loco.
Cur causam quaerit minuendi; *qualiter* autem
Continet omnimodo permoderando modum;
Unde venit venam demonstrans quam minuendam,
Demonstrare tibi cognita causa venit.
Ista, minutor, erit tibi lectio saepe legenda,
Nec tibi conveniet illa, minute, minus:
Alter ne faciat; alter mala ne patiatur,
Quid decet utrumque discat uterque decet.
Exsequar haec eadem, prout ordine sunt, et eodem
Quomodo sunt cuncta dinumerata modo.

AETAS

Quis debet minui? Quis non debet? mihi debes,
Praesens paginula, debita solve tua.

(1) Ricopiato sul Codice 6884 della Biblioteca Imperiale di Parigi.

Aetas est media minuendis congrua venis;
Quae trans vel citra est, congrua neutra, venis.
Aetas extrema vix est unquam minuenda,
Aetatis cujus sunt puer atque senex.
Aetatis mediae minuendos esse memento,
Qua prior est juvenis posteriorque gravis.
Annos bis quinos complesti ? phlebotomari,
Si tecum faciant coetera cuncta, potes.
Annos LXX complevit, phlebotomari
Ne velit, hoc quamvis caetera multa velint;
Si peracuta tamen febris huic de sanguine fiat,
Principio morbi phlebotomabis eum.
Fit quandoque malum ne pejus fiat, et hinc est
Saepe malum fecit esse necesse bonum.

COMPLEXIO.

Cujus hepar validus minuatur saepius, inde
Signum, vena venit amplior inde tibi.
Spissior est sanguis semper seu nigrior hujus,
Sed mage si mage fit, quantoque cor calidum:
His cito calvescit et in viam saepe calescit,
Promptus tela facit, fasque nefasque facit.
Cujus cor friget, hepar alget, eget quoque talis
Pharmacicoque magis, phlebotomoque minus.
Ast causae causis adversae, signaque signis
Sunt, sic effectus hujus et hujus erunt
Sunt quas Eucraticos doctorum dogma vocandos
Censuit, haud minus, phlebotomator, eos;
Non quia non possunt minui bene, sed quia nolint,
Nam per se sanus, te sine sanus erit.
Eu bene sive bonum, crasis complexio sunt, hinc
Perfecte sanos dicimus eucraticos;
Et sunt exsangues, quasi sint sine sanguine: sanguis
Est magis augendus quam minuendus eis.
Concilii nostri decreto consiliique,
Consulo perpinqui quam minimum minui;
Sic nec perpinguis, nec pertenuis, minuaris,
Ni super hoc fuerit cognita causa tibi.
Extra vasa parum, sed intra sanguinis alter,
Intra vasa parum sanguinis alter habet.
Venas vasa voco veniens quibus influit humor,
Mentibus et rore complevit illa suo.

VIRTUS.

Virtus sola quidem cunctis praeponderat illis
Quae sunt pensanda, phlebotomande, tibi.

Debilis haud minuat, nisi causam portet, oportet;
Namque velit nolit esse necesse volet,
Esse necesse legi non velle necesse subesse,
Legi vult esse velle necesse suum.

QUID.

Quid minuas lege; cui minuas laudabilis adsit.
Sanguis sive alius utilis humor ei;
Utilis humor alit naturam, membraque nutrit,
Et totum corpus utilis humor alit;
Nunc admittere quam dimittere sanins esse
Qui sani capitis est dubitare nequit.
Sed quandoque potest bonus esse superfluus humor,
Quantum tunc tantum, non tibi quale nocet;
Si sic eveniat mala praevenias, quia venis
Ni cito subvenias scito venire malum.
Quod si forte malus, solusque superfluus humor
Fluxit, hunc cures; currere cura fuit.
Quod si mutetur sanguis, tunc sistere venam
Convenit, indictis legibus inde tibi.
Materiam sua signa suam tibi significabunt,
Indiciumque dabunt singula signa suum.
Sanguis enim purus, quum sit mediocris in omni
Quod natura dedit sanguis habere sibi:
Spissus, vel tenuis, vel aquosus, vel superustus,
Crudus, spumosus, putridus, aut olidus,
Pallidus aut albus, niger aut glaucus croceusve,
Ista statum turbat turba, minute, tuum.
Lividus et viridis naturae venit amicus,
Lividus ex viridi invidus esse nequit.
Sanguinis agnosce species has degenerare,
Noscas qui novus hic miles ad arma venit.

UBI VEL LOCUS.

Sit locus in medio, medium tenuere beati,
Virtuti medium sis memor esse locum.
In medio modus est, mediumque modumque minuti
Sic teneant, habeant singula quaeque modo
Frigidus aut calidus locus est, fiat moderatus,
Nam moderata juvant, immoderata nocent.
Ne nimis humectus siccusve nimis locus esto,
Assit utrinque satis, absit utrinque nimis.
Sit locus obscurus, sed non sit pertenebrosus,
Aspiciant medium lux tenebraeque suum.
Sic tibi sterne loca ne cum loca forte locabis
Sit locus ut quisquis quaerit et unde locus.

Sterne locum loculo, loculus tecum minuatur
Quem bene tu minuas, vix bene te minues;
Sit locus a loculo, loculus locat atque locatur
Quo capit hic capitur, quod facit, hoc patitur,
A loculo recte fiant loca phlebotomiae,
Nam facit in loculo phlebotomia locum.

ELEMENTA.

Quattuor humores elementa sequuntur ab illis
Nati, namque patres sunt elementa sibi.
Est calidus, siccus, rubeus, clarus, levis ignis
Filius hujus erit consonus humor ei.
Hunc coleram rubeam nostri dixere magistri.
Cui calor atque color, igne parente, manet.
Humidus et calidus est aer, sic quoque sanguis,
Debet enim similis filius esse patri.
Qui color est colerae, color est que sanguinis idem,
Nigrior ille tamen, clarior illa patet.
Instar aquae fleuma madidus fluit, alget et albet,
Et talis haec matrem forma probavit aquam.
Sicca melan-genuit elementum terra-choliam,
Quae terrae prolem se probat esse suam.
Cui glaucus color est, cui frigida siccaque vis est,
Consimilemque per hoc hanc patet esse patri.
Sic igitur fiunt humores ex elementis:
Ista quidem hos generant potibus atque cibis.
Namque etiam cibum, cibus humores generavit
Quo mediante, quibus sunt elementa patres.
Quattuor humores et tempora quattuor anni
Respectu quodam sunt referenda tibi.
Vere cruor crescit, coleram rubeam creat aestas,
Autumnus nigram, phleumata nutrit hyems.
Vere tibi minuas, ne sit tibi sanguis abundans,
Et tibi continuas inferat ille febres.
Convenit aestate minui, ne sanguis adustus
Perturbans cerebrum, sensile laedat opus;
Convenit autumno coleram deponere nigram
Phlebotomo, quartas ne ferat ille febres;
Phleuma suum deponit hyems per phlebotomiam,
Phleumaticas causas ne patiare suas.

TEMPORA ANNI ET MORBI

Tempora sunt morbi velut anni quattuor unius:
Incipit, augetur, stat, cadit omne malum.

(1) Principio minuas in acutis et peracutis,
Differt in chronicis, phlebotomia, chronos.

CANIS.

Sub cane ne minuas, tibi nam canis, ut canit actor,
Virtutem minuet, sub cane si minuas.
Versificabatur, ut scivit versificator
Nobilis hinc quidam nobilitate quidem:
Cane decane, canam tibi de cane canus et ipse,
Defectum subeo cum minuo sub eo
Cum sit nulla dies mala quantumvis bona, quovis
Mense tamen binos dicimus esse malos:
Illis vena malis non est minuenda diebus,
Bursa, minutor erit tunc minuenda tibi.
Phlebotomus vacuum tunc portat nomen et omen,
Quique minutor erat, ille minutus erit.
Mense suo janus fert omni fercula mensae,
Instat mense mihi, phlebotomator ait;
Tempora consumat janus, sed tempora Jani
Heu me consumunt phlebotomator ait.

QUANDO.

Quattuor humores praeparant sibi quattuor horas
Quas naturalem constat habere diem.
Sanguis enim nona dominatur noctis ab hora,
Terna quousque tibi fulgeat hora, dies:
Regnat abhinc colera, quam reprimit hora diei
Nona, subit colera nigra subinde potens:
Hanc de more fugat a regno tertia noctis
Hora, sub instante phleumate more peri;
Imperium cujus sex horis durat, ac illis
Finitis, finit imperiale suum.
Utere phlebotomo propriis humoris in horis
Qui dominatur ei qui minuendus erit.
Regula certa patet: morbus gravat amplius horis
Humoris morbi qui sua causa patet.
Sic quoque cum regnat illi contrarius humor
Tunc de more solet major adesse quies.
Tunc tamen haec constant cum simplex imperat humor,
Nam mixti fugiunt cognitiale forum.
Ducit in errorem tunc deceptatio duplex,
Cum poscant horas humor uterque suas.
Expedit ut tantum quantum natura requirit
Tollas, est tolli plusve minusve malum;

(1) Schola Sal. v. 1764.

Aetas et tempus, locus et complexio, virtus,
Causae, cur minuas plusve minusve docent.

(1) Aetas cui media sibi plus de sanguine tollat,
Sed puer atque senex tollet uterque parum;
Et sua tempus habet monimenta quibus monearis
Tempore quo minuas plusve minusve tibi.
Vere novo multum tibi subtrahe sanguinis; aestas
Novit adusta parum sanguinis esse tibi;
Autumnus vero veri similatur, ut illis
Plus minuas quibus hoc dissimilatur hyems.
Saepius et multum calida minuas regione,
Frigida si fuerit rarius atque parum.

Jam nihil impediat per te complexio fiat.
Quantum conveniat tollere quisque sciat,
Humidus et calidus minuat sibi saepe necesse est,
Et multum, vetitus ni vetet ista locus;
Frigidus et siccus est huic contrarius, isti
Rarius atque minus sanguinis unda fluat.
Cui vero colera comburens fervet adusta
Saepius exhalet fumus adustus ei.
Si cui phleuma madens ad fluminis instar inundat,
Parcior ex venis sanguinis unda venit.
Phleuma pigrum vera pigra movet, sed ex pigritate
Si pigram potes phleumata pigra potes

Ex virtute quoque quantum pensare licebit,
Fortis plus minuat debiliorque minus.
Morbi causa docet an multum tollere prosit,
Saepius aut raro, vel nihil autve parum.
Si sit materia morbi de sanguine, tollas.
Saepius et multum, sive aliunde minus.
Quando superficies corrupti sanguinis albet,
Bis tibi mense fluat sanguis ad usque bonus.

CUR.

Cur minuatur homo, cum multi saepe minuti
Praemoriantur eis, qui sibi non minuunt,
Quaeritur a multis? sed multos saepe vocatos
Paucos electos, me meminisse juvat,
Respondebis eis; quum plures commoriuntur
Qui sibi non minuunt quam minuendo sibi.
Ut moriantur, ait sapiens, plures minuuntur,
Illud idem plures ne moriantur agunt.

(1) Sch. Sal. v. 1770, 1771.

Perfecti sanus non indiget ut minuatur
  Quo sanus lapsus neuter et aeger eget.
Phlebotomo proprium est habitum servare salutem
  Multis et multis reddere non habitam ;
Ne fiant aegri qui sani sunt minuuntur,
  Aegri quo redeat pristina rite salus.
Est habitudo bona multis, sed in ultimitate
  Quae penitus fallax est, quia stare nequit;
Ad melius nequeunt hic tolles addere, restat
  Addant ad pejus, addere siquid habent.
Cum natura neget in eodem posse manere ,
  Natura in summo sana manere nequit.
Solvitur utiliter habitudo talis, ut inde.
  Arripiant iterum rite salutis iter.
Haec habitudo venit ad te solvenda, minutor ,
  Quam solvens solvit cur minuatur homo.
Ignorant multi quam multis phlebotomia
  Conferat in multis docta magistra nimis.
Assequimur per eam bona multa, cavendo per ipsam
  Tot mala quot nemo denumerare potest.
(1) Exilarat tristes, iratos placat, amantes
  Ne sint amantes, phlebotomia facit.
Visum clarificat, auditum rite serenat,
  Haec magis olfactum sollicitabit odor.
Excitat haec gustum, fastidia noxia pellens,
  Quem libet efficiens posse placere cibum,
Tactum confirmat, ut et omnibus adsit et insit,
  Membris discernens quae sua tactus habet.
Haec igitur sensum regit et bene dirigit omnem
  Ut melioret opus quilibet inde suum.
Nec solum eorpus conservat phlebotomia
  Mentes dementes sensificare potens.
Ista, minute, tene ne fors tenearis ab illis
  A te qui quaerunt cur minuatur homo.

QUALITER.

Qualiter observes servanda cavendaque vites,
  Pagina multimodis continet ista modis :
Qualiter ex reliquis perpenditur ordine membris,
  Qualiter omnimodo perficit arte modum,
Ordine dicénda prout omnia sunt et agenda,
  Totum prosequitur ut preit et sequitur.
Quis, quid, ubi, quando, quantum, curque minus egit,
  Qualiter id supplens corrigit istud opus.
Ad lucem statues minuendum rite ligatum ,
  Ut pateat vena phlebotomanda tibi.

(1) Sch. Salern. ver. 1750-1751.

Non ex transverso venas incidere debes,
In longum feriens praemia digna feres.
(1) Fac plagam largam mediocriter ut mihi fumus
Exeat uberius, liberiusque cruor.
Ne nervum pungas fac ne sit plaga profunda
Saepius inde tumor provenit atque timor;
Percussus tumet hinc, timet hinc percussor, at unum
Sollicitare tumor novit, utcumque timor.
Arteriam vites aperire, minutor, oportet,
Quae vitam portat qua via membra vigent.
Vitae porta, via vitae, vitam quasi portat
Aeris arcta via dicitur arteria.
Hec laesa moriens exhalat vividus aer,
Quo mergente scias vivere nemo potest.
Ejus cui minuis digitos memor esto trahendos;
Forte moventur eo ne tibi stringat eos;
Ne male contracti tibi sint, sibi sint bene tracti,
Quos trahis ut moneas ne tibi claudat eos.
Post benedicis ei, tibi post benedicat ut ille,
Illi tu verbis, rebus ut ille tibi
Ecce crucem domini dicis, tibi dicat ut ille:
Ecce cruces, domino; pro cruce dando cruces.
His crucibus semper crucibavilis esto, minutor,
Quas tibi non humeros, sed tua bursa ferat.
Ecce minutor habet praecepta quibus doceatur,
Qualiter officio congruat ille suo;
Deinde, minute, vel quae te deceant, docearis,
Ut prodesse velit phlebotomia tibi.

INSTRUIT MINUTUM.

(2) Sanguine subtracto sex horis est vigilandum
Ne somni fumus sensile laedat opus.
Vel ne vena crepat quo vitae sanguis amicus
Clam fugiendo domum deserat ipse suam.
Ac fugiens furtim vitam se ducat amicam,
Sanguis amicus heri dehinc, inimicus erit.
Invigiles diactis quibus invigiles monearis,
Saepe virum vigilem dictio grata facit.

QUOT DIEBUS OBSERVETUR.

Phlebotomia tibi tribus est servanda diebus
Rebus ab illicitis, phlebotomate, tibi.
Prima parum comedat, bibat amplius altera vero
Alternas voces alternet ipse vices.

(1) Sch. Salern. vers. 1752 1753. 1754.
(2) Sch. Sal. ver. 1754-1755.

Tertia suspecta respectu praeteritorum,
Si modo praeteriti praeteriere modum.
Insignis medicus, cui nomen erat Galienus,
Sub requie quartum jussit habere diem.
Haud Venus hic veniat nostris male blanda minutis;
Saepe, Venus, venis perniciosa venis.
Nil tibi cum Venere per quam mala tanta venere.
Ardentes temere quilibet absque fere.
Vidi vero virum Veneri servire minutum
Sanguine, mors Venerem mox concitata fuit.
Maxima de Venere mala devenere minutis
Hinc caveas caveas ne per eas pereas.

DE AERE.

(1) Interdictus erit minuendis nubilus aer:
Fulget eis celebris sola serena dies
Sed volo credatis lux est mala phlebotomatis,
Et modo purgatis res nocitiva satis.
Spiritus exhalat diffusus luce per aures
Vires ferre viris copia cujus habet,

DE FRIGORE VEL AESTU.

(2) Frigora vitentur quae sunt inimica minutis
Nec magis est nimius aestus amicus eis.

DE EXERCITIIS.

Sunt interdicta gymnasia phlebotomatis
(3) Omnibus apta quies, his nocuusque labor.

QUAMDIU JEJUNET.

(4) Sanguine purgatus non sumas protinus escas
Ni te debilitas sumere cogat eas;
Per tres perve duas jejuna salubriter horas,
Ut sanguis proprium refluat usque locum.

DE OVIS.

Ovis sorbilibus utendum crede minutis,
Quae primo sumpta concito sanguis erunt.
Ovum namque cito mutabile dicitur esse,
Cum cito digeritur, gignitur inde cruor.

(1) Sch. Sal. v. 1761.
(2) Sch. Sal. v. 1760.
(3) Sch. Sal. v. 1763.
(4) Sch. Saler, v. 1757.

DE PANE.

Utendum pane nobis a furfure mundo
Qui fermentatus ac bene coctus erit;
Hic *bene* quod satis est tantummodo significabit,
Per *bene*, nec multum nec scit adesse parum.
Divitibus panem sua dent frumenta minutis,
Ordea pauperibus atque siligo suis;
Sit procul a vena nisi paupere pauper avena,
Pauperibus venis pauper avena venis.
Divitibus loquor haec praesertim deliciosis,
Omnia ruriculis pauperibusque licent.
Pauperibus sanae sunt escae quotidianae,'
Sed vult divitibus lautior esse cibus.
Si sit dives inops, et inops dives, fit uterque:
Neuter, si solitus desit utrique cibus.

DE CARNE PORCINA.

Ut caro porcina sit nostris grata minutis,
Casto castratum sit juvenile tibi.
Masculus, eunuchus, juvenis, grano bene pastus
Mactatus porcus esca salubris erit.
Sic arietinis utendum, sic vitulinis,
Cui nequit, atque quibus lautior esse cibus;
Nobilibus dominis vescendum capreolinis,
Sic edulus quibus est optimus hic cibus est.

DE GENERIBUS CARNIUM.

Carnes hircinas et ovinas atque caprinas
Vitet phlebotomo quisque subactus homo;
Carnes vaccinas et aprinas atque bovinas
Vitabit gladius, phlebotomia, tuus.
Cernes cervinas sexus utriusque cavebis,
Tempore praesertim quo sub amore manent,
Observatur idem reliquis animalibus, apte
Abstineas ab eis, dum libet illud eis.
Sic porcellinas vitabis atque suillas,
Fertur et agninas pestis habere minas.
Hinc nos multa docens generalis regula fulget
Cui generale suum nil speciale nocet;
Omnis enim foetus, quem procreat humida mater,
Pejor erit quanto junior esse patet,
E contra foetus de sicca matre creatus,
Junior est melior deteriorque vetus.

Galli castrati si sint de more parati
Si vis sunt grati, phlebotomia, pati.
Pulli sunt domino conditi rite cimino,
Et sint gallinae quas comedant Dominae.
Quae si sint tenerae cupit has sibi quisque tenere,
Sed servo jubeas ut sibi servet eas.
Ne perdas, caveas, perdices, quaeso, minute,
Perdere perdices maxima damna putes
Sunt a perdendo perdices rite vocatae,
Sed quod se perdant non homo perdat eas.
Prandia festiva phasianus, regius ales,
Cenas vespereas laudet alauda suas.
Credo quod a laude dicatur nomen alaudae,
Laudat, laudatur, laudibus inde datur.
Dum modulat, laudat; modili laudantur alaudae;
Laus duplex laudem laudat alauda tuam.
Magnas gallina dat aves et alauda minutas
Quae dicent mensam laude, minute, tuam.
Ergo, minute, tibi, tam magnae tamque minutae
Horas oro tuas sic modulentur aves.
Hinc idcirco dedi tibi munera laudis, alauda,
Quod tua me laudis organa saepe juvant.
Anser, grus, pavo tibi sunt vitanda, minute,
Sicque paludosas rite cavebis aves.

DE PISCIBUS.

Aetatis pisces grandaevae sunt meliores
Quam noviter geniti sint juvenesve nimis.
Pisces aspratiles mindendis commodiores
Et bene squammosos connumerabis eis;
Hoc scito: currentis aquae cito sunt meliores
Quam stagni pisces aut pigrioris aquae.
Hispida perca, lupusque rapax, darsusque saporus
Esca salutaris, phlebotomande, tibi.
Respectu carnis est piscis inutilis omnis,
Juxta naturas hic magis, hicque minus.
Est piscis macrior, est pinguior; ast uter horum
Sit melior quaeri de ratione potest.
Allegat gustus pro pingui, pro macriore
Obtinuit ratio, judiciumque tenet.
Pisces natura pingues, quanto macriores
Tanto pejores de ratione patent.
E contra macri natura: commodiores
Pinguedo quibus est, quam quibus ipsa deest.
Denique sunt pisces fluviatiles, suntque marini

Vincens et victum constat utrumque genus:
Excedunt ambo, sed exceduntur uterque,
Quid sit ab utroque fert id utrumque genus.
Dulcis aqua quosdam meliores crede quibusdam
Piscibus aequoreis, vindicat aequor idem.
Sic avis aut piscis minuendis cedat in esum
Si digestibilis piscis avisve patent.

DE LACTE.

(1) Omnia de lacte vitabis rite, minute,
Et sociabis eis quae metuenda fugis.
Est lac, ut dicunt, febrientibus omne venenum
Hisque quibus capitis assolet esse dolor.

DE LEGUMINIBUS.

Lens, orobus, pisa, cicer et faba, colchis oriza
Interdicuntur, phlebotomate, tibi.
Hoc interdicto suspenditur omne legumen,
Fitque cibus vetilus crede, minute, tibi.
Allia cum porris, cepas, nasturtia, caules,
Ista, minute, scias esse cavenda tibi.
Quidquid digeritur dure sit inutile cunctis.
Percussis gladio, phlebotomia, tuo.

Cui mens foecunda facundaque lingua refulsit
Edidit egregium distichon hoc, et ait:
(2) Caseus, anguilla mortis cibus ille vel illa
Vel qui vel quibus est ille vel illa cibus.
De quibus his alius nec primo forte secundus
Edidit hexametrum pro duo metra metrum
His caveas uti, quae non sunt res quibus uti
Possimus tuti, cum simus rite minuti.

Stringunt assa, furent elixa, nocent quoque frixa
Sed magis his cunctis cruda nocere solent.
Indigestibile summe vitato, minute,
Hinc cavet a pomo phlebotomatus homo.

DE FRUCTIBUS.

Mala, minute, cave, quae sunt mala cum minueris;
Sunt mala, crede mihi, mala, minute, tibi.
Hic fructus reliqui signantur nomine pomi,
Ut generis species suppleat arte vices.

(1) Sch. Sal. v. 1758.
(2) Sch. Sal. v 365.,366.

Legibus urbanis similis sententia fulget,
Qua fructus quivis nomine glandis adest.

DE VINO.

Utendum vino forti mediocriter, albo,
Rufo, subrufo, quod sit odore placens.
Excellens vinum, praecellens vina propinat;
Lac tibi caesareum, pontificale decus.
Est vinum quod habes lac Caesaris unde notabis
Quod tenet F septem, terque quaterque bonum.
Vincunt tua vina, lac Coesaris, omnia vina,
Usus ejus sanus, aeger abusus erit.
Hoc quicumqne capis, caveas tibi ne capiaris,
Nam poteris capiens hoc capiente capi.

SEPEM F. VINI.

Primum sincerum jubet. F. fore falernum;
F que sequens fragrans praecipit esse merum;
F duo quod sequitur fortem vult esse lyaeum;
F que ferum quartum poscit adesse Deum;
Ferveat, ut calidus, F quintum rite requirit;
Sextum vult frigens affore more recens;
F tibi supremum fragilem cupit esse Lyaeum;
Ambique cyathus cognitor hujus erit.
Nescit quid fragile possit tam forte tenere,
Sed tenet indecisus judiciale forum.
De vino tali bonitate bono, speciale
Edidit hexametrum gallica lingua metrum:
« *Frans, et fors, et fins, fiers, freis, frois, freles les vins.* »
Hoc igitur vinum parce modiceque bibendum,
Praeter quos usus, usus abusus erit,
Nam vinum tale vinosis exitiale
Tale, minute, male fit sociale tibi.
Si bene ferre potes istud vinum, bene potes,
Si male, ne potes quod male ferre potes.

EPILOGUS.

Tandem quisque cibus vel potus dummodo non sit
Indigestibilis, aptior inde tibi.
Quid digestibile sed et contra lege quid sit
Nam sunt homines qui male saepe legunt
Nam credunt egestio sit digestio quidam,
Sed venit hinc quod fit, quod facit inde venit.
Digerit atque coquit unum sunt illud et illud;
Egerit ergo quid est? quod facit anus id est.

Ergo, minute, tibi placeat modus iste tenendus,
Quo distincta meo sunt tibi cuncta modo.
Excedens medium nociturum crede minutis,
Vult modus in medio rite sedere loco.
Vis-ne quid his noceat verbum docet breviatum?
Omne quod est nimium vertitur in vitium.

VENAE UNDE.

Unde tibi minuas, si forsan cogitur, oportet,
Venas ter denas tresque (1), minutor, habes.
Sex capit et septem venas caput, inque subinde
Brachia sex bis habent, sex in utroque cape;
A genubus subtus bis inquam quattuor, istas
Si bene connumeras x ter et I ter erunt.
Quattuor et penta, duo, monos, tres, mias, unus
Hinc dias, ambo, trias, octodas atque mias:
Continet hic numerus numerum quem ponit earum,
Quae sunt, venarum, phlebotomia, tibi.
Dant tonus et dyaton, diathessaron et diapereon
Cui ditono juncto bis diapason eas.
Venarum numerus est innumerabilis actu
Nec tamen illarum, quae minuentur erit.
Ut melius notae sint venae phlebotomandae,
Haec nota perficiet nomina nota tibi.
Prima venit vena puppis, craniique secunda,
Ordine non numero tertia frontis erit.
Temporibus binis venae veniunt quoque binae
Quae dici numero tertia, quarta volunt.
Sunt in temporibus quae vocantur *(temporales?)*
Tempora dant nomen his eademque locum.
Sextam quinta preit et habet gonos has oculorum.
Angulus hinc oculi nomen utrique dedit.
Septima post aures octavaque nomen habebunt
Inde quod inde tenent nomen et inde locum.
Nona preit decimaque subit, faucesque sub ipsas
Nituntur gradibus, indeque nomen habent.
Undecimam numero praedictis annumerando
Sublinguam venam lingua vocabit eam.
A mento nomen capitis capit ultima vena,
Sic ab eo fit ea quod sub ea sit ea.
Has capitis venas vocitabimus anteriores
A genubus subtus subteriore voces.
Brachia dant medias membris medicas medianis,
Haec supra, haec subtus, haec mediana juvant.
Brachia quae retinent venarum nomina sunt haec:
Unde, minutor, habes saepe minuta duo.
Cephalicam primam, medianam dico secundam,

Si basi jungo lica, tertiam nomen habet,
Quarta titillaris, digitalis quinta vocatur,
Dat sextae crates habere manus.
Brachia quidem circumdabis et dat utrumque
Armus quot dexter tot sibi laevus habet.
A genubus subtus bis quattuor enumerantur,
Sub genubus binae, subtalaresque duae.
Subque talis binas, in cratibus accipe binas,
Et duo, duo, duo, bis, quattuor haec bis erunt.
Sub genubus primae sunt subgenubusque vocantur
A genubus retinent nomina subgenubus.
Subtalares venas medici dixere saphenas,
De qua scia reliquas nomen habere scias.
Quas retinet crates in cratibus hae vocitantur,
Dat locus his nomen qui dedit ipse locum.
Propter vitia que qua venas phlebotomia,
Tangas, hunc adeas qui bene novit eas;
Consilio medici, populo testante, periti
Hoc age, vox populi vox solet esse Dei.

Observanda dedi praecepta salubria cunctis
Legibus addictis, phlebotomia, tuis,
Omnibus hunc misi, munus generale libellum
Sed speciale tamen, mi Reginalde, tibi.
Vobis, lectores, munuscula grata, reliqui,
Sola datu faciles praemia posco preces.

Mendas emenda, sordescit carmine menda;
Quae sunt demenda praescribas non redimenda,
Si vis commenda si quae non sunt perimenda,
Si qua carent menda sit portio laudis emenda.
Pro me, quaeso, pater noster, carissimus frater,
Dic ter sive quater ut Christi det mihi mater
Ne me potet acer mortali nectare crater
Qui tibi, summe pater, sum sacra mersus aqua ter.

Explicit liber Reginaldus
De Phlebotomia
Compositus a Joanne de Aquila.

SOPRA UN VOCABOLARIO

DI VOCI TECNICHE DEL MEDIO-EVO DETTO

ALPHITA.

Questo breve trattato trova luogo nella *Collectio Salernitana* non perchè io lo credessi scritto in Salerno, anzi mi par chiaramente opera di uno Scrittore francese (1), ma unicamente perchè è desso un Vocabolario delle voci spettanti alla patologia, alla terapeutica ed alla materia medica degli Scrittori del medio-evo, massime Salernitani Che anzi per la sua brevità, e pe' molti errori dei quali è sparso, è da credersi molto da meno di altre opere di egual natura di Autori Salernitani, innanzi a tutti i quali sta Matteo Silvatico con le sue famose *Pandette*, le quali meriterebbero essere ristampate ed annotate ancora a' tempi nostri. Ma se non interamente, almeno in gran parte, può quest'operetta servire a dilucidare un gran numero di parole che leggonsi ne' trattati compresi in questa Collezione, e che sono di ostacolo alla intelligenza del senso e delle dottrine che vi sono espresse, e risparmia così una illustrazione che sarebbe troppo lunga e nojosa.

Questo vocabolario di sinonimi era riconosciuto sotto il nome di Alphita dalla prima parola onde cominciava, come il *Circa instans* di Plateario ed altre opere del medio evo. Esso conservavasi inedito nella Biblioteca Mazarina di Parigi, ove se ne trovano due copie, l'una segnata col n.° 6954 e l'altra col n.° 6957. Anche di questa andiam debitori alla cortesia del dot *Daremberg*, il quale mi spedì copia del Ms. 6954 con tutte le varianti del Ms. 6957.

Publichiamo quest'opera senza comenti e solo con qualche nota esplicativa, premettendo qui soltanto notizia delle 118 citazioni che vi s'incontrano.

Alessandro 61 volte; — Arabi (Antidotario) 1; —Aristotele 2; —Avicenna 1; — Costantino (*Tegni e Viaticum*) 6;—Dioscoride 1; — Galeno 2; — Gariopouto (Passionario) 3; — Gregorio Beato 1; Joannizio 2; — Ippocrate (*Aphorismi, e Diaetae partic.*) 6; — Isidoro 1; — Macro 1; — Oribasio 9; — Palladio 4; — Persio 1; — Platone 1; — Rasis 1; — Salernitani 1; — Salerno (Tabula) 1; — Spagnoli 1;— Svetonio 1; —Teofilo 3; —Versi Salernitani o ignoti 5; —Ysaac 2.

(1) *Riscontrinsi queste voci*: « Alumen... scissum quod vulgari nostro dicitur alumen de pluma; — Endica, fex nitri, gallice liche; — Bedegar, rubus, idem: vulgari nostro dicitur esglantier, (o engletier); —Jacea.... herba est quae dicitur gallice matefelon;—Intubae...gallice escalongues;— Junix (*quasi* genisse); — Mescata... saucisces gallice; — Origanum... herba saurengaria vulgariter; — Placentae.... gallice gastians o guastcans; — Rampnus. . groseiller gallice; — Reginella, id est remede, anglice mademort;— Steax... vulgari nostro lupia (*loupe*); — Turdus... mauvis, gallice mavis: — Xssicia.., vulgari gallico suicie ».

ALPHITA

INCIPIT ALPHITA (1)

Cui ceptum praestas, da finem, Summa potestas.

Aaron, yarus, pes vituli idem.
Abrotanum, cum simpliciter ponitur de domestico intelligitur, sed abrotanum agreste, Sichen armenicus idem.
Acacia (*var.* acassia (2)), Succus prunellorum immaturorum idem. Item Acacia cirra (*var.* acassia cira), idest dura.
Acalafe (*var.* achalaphe), acantia, urtica pungens, idem.
Acalife, urtica idem.
Acantum, orminum vel ygida, urtica idem.
Acantus, spina idem; tamen acantus aegiptiaca, inde etiam acantus leuce, id est spina alba.
Acarud, sarcocolla, idem ut in S.
Accinum (*var.* acanum), est id quod de uva relinquitur extracto muxto; inde uvae passae quandoque vocantur accina, ut in Svetonio de Caesare Augusto.
Acer, est arbor et acer similiter est herba.
Achora est morbus capitis circa cutem inimica habens foramina ad modum canistri, id est favi ; unde etiam favus a quibusdam medicis dicitur.
Achorus, radix gladioli idem : quatuor sunt herbae valde similes in forma, scilicet achorus qui discernitur in flore citrino et radice rubro, spatula foetida quae discernitur malo odore et nullum vel raro fert florem et est yris quae habet purpureum florem, et yreos quae habet album florem, unde versus : (3)

> Yris purpureum florem gerit, yreos album,
> Gladiolus croceum, sed spatula foetida nullum.

Acopum, id est mitigatum, ab a quod est sine, et copos quod est

(1) Il titolo di questo Vocabolario di sinonimi è preso dalla prima parola, la quale come abbiam detto, era *Alphita*. Ma per comodità del Lettore avendo disposte le voci in perfetto ordine alfabetico, la voce *Alphita* ha cessato di essere la prima. Veggasi tale voce.

(2) Il testo da noi pubblicato è quello del Ms. 6954 della Biblioteca Parigina, confrontato sul Ms. 6957. E però da ora in poi le varianti di quest'ultimo Ms. saranno indicate chiuse in parentesi e preceduto dal segno *var.*: e le aggiunzioni saranno anche espresse chiuse in parentesi col segno *add.* Le rubriche intere aggiunte dal Ms. 6957, e che mancano in questo, saranno espresse nelle note.

(3) Questi versi erano a me sconosciuti, e però non compresi nella *Schola Salernitana*.

labor ; inde infracopus quod est mire mitigatorium (*var.* inde miracopum, id est mitigatorium mira).

Acrago, genus (*var.* Atrago, ginis, idest, avis) est avis tholosana habens optimas carnes ad comedendum.

Acrocordiles (*var.* acrocordines) sunt species verrucarum, quales quidam medicorum porros vocant, ut in Oribasio.

Actinum, vel actuna (*var.* atrana) id est vas alembico valde simile.

Adaraco, (*var.* adarasco) id est, elleborus albus.ut in E.

Adarcis, id est, caro marina.

Adiantos,politricus, capillus veneris, secundum Alexandrum,idem.

Adopine carnum omentum idem, ut in C.

Aerginofora, gemusa, margarita, perla vel parla (1) alba, albula idem : perla tamen quum simpliciter ponitur de non perforata intelligitur; sed hic unio, (*add.* genitivo) hujus unionis, intelligitur praetiosissima margarita.

Affodillus, balbutium (*var.* barbutium), centum capita idem sunt.

Affronitrum, spuma nitri (*var.* vel affonitrum spuma nitri quum est salsa) idem quum est salsa.

Affros, spuma idem affrosum, affrodite venus et inde affrodisia id est aetas veneris (*var.* veneria).

Agaricus, fungus abietis, coralbum abietis idem.

Agimonia, agrimonia idem.

Agnus castus, salix marinus idem; flos ejus zuccatorium dicitur.

Agnus castus, arbor est vel fructus multum similis salici marinae.

Agrimilacum, id est gith, ut in G.

Agrimonia, gelinum idem secundum quosdam, secundum alios est genus apii

Alabaustrum genus est marmoris album lumini pervium, unde fiunt lampades et lanternae.

Alapsa, quandoque est galla, et alapsa quandoque est aluta.

Albeston, calx viva et interpretatur inextincta.

Alcanna, herba est quae affertur ad nos pulverisata habens vim tingendi capillos.

Alcionum, adaras (*var.* adartis), caro marina idem, secundum nos; secundum alios, alcionum, id (*var.* ibidem) est, quod plumbum ustum, vel avis quaedam marina, ut quidam alii dicunt.

Alcites sive alchites est quaedam species hidropisis dicta ab alkis quod est uter, eo quod venter alkitici percussus resonat ad modum utris semipleni.

Alcon, id est capillus veneris.

Alembicum id est vas distillatorium, ut in quo fit aqua rosata et aqua ardens et coetera.

(2) Alica, spelta id.

Alippiados (*var.* allipiados), laureola, herba catholica idem, cujus semen est coconidium.

(1) *Vel parla* manca nel Ms. 6957,
(2) Manca la rubrica nel Ms. 6957.

Alipta est quaedam confectio, quae quia muscum recipit, dicitur alipta muscata.

Alleluia, panis cuculi idem.

Allium agreste scordeon idem.

Allium, theriaca rusticorum idem.

Allogaliga (*var.* allogallica), id est gentiana ut in G.

Aloes, tres sunt species, scilicet: hepaticum, cicotrinum, caballinum; hoc ultimo nempe utimur ad laxandum; aloe quando simpliciter ponitur de hepatico intelligitur, licet apothecarii intelligant de cicotrino.

Alosanthos, flos salis idem. Alos enim id est, sal; anthos flos dicitur, ut in Alexandro ad capillos flavos.

Alphaea, bismalva, enfeos, eviscus, malvaviscus, hibiscus idem.

(1) Alphita et farina hordei idem.

(1) Da questa parola cominciano i Ms. 6964, e 6957 della Biblioteca Imperiale francese, onde da questa parola medesima venne il titolo dell'opera: e però importa dare qui le più larghe illustrazioni. A pag. 499 del I. Vol. (*Sch. Salern.* v. 1645) in una nota sta detto erroneamente che l'*Alfita* secondo Castelli era la tuzia, ma questo errore derivò perchè io aveva il Ms. nel quale il verso cominciava *Alfusa*, e poi avendo secondo una migliore lezione corretto il verso si cambiò la parola, ma per equivoco si lasciò la nota.

Alfita dal greco ἄλφιτον (farina), latinamente *alphita* (1) o *alphitum* (2), è una preparazione alimentare adoperata per usi medici. Ordinariamente era formata da farina di orzo torrefatto, ma talora preparavasi ancora con altre farine cotte, o stemperate con acqua, ovvero con altri liquori come vino, mosto, idromele, ec. (3) « *Alfita* dice Simone Januense (4), G. in lib. » de cibis calidis, ex recentibus ordeis torrefactis commensate optimum al» fiton fit: carentes autem his et ex aliis ipsum preparamus rebus: ex hoc » vero quod sit illud quod arabes savich (5) vocant de quo etiam Stephanus » in Synonimis hoc ipsum affirmat Alfiton inquit et savich: si dicis sadich » non peccas ». Castelli poi nel suo Lexicon (6) in tal modo lo definisce: « Al» phiton ἄλφιτον, *Polenta* dicitur, et in genere significat quamlibet *farinam* » Hipp. tamen restrinxit ad *hordei tosti* sive frixi *farinam*, *l.* 2 *de Diaet.* » *VIII.* 21. quamvis ex aliis locis constet, illum quoque frumentorum gra» nis applicasse v. g. triticeae polentae, l. 1. *de morb. mul. CXII* 3. *l.* 2. » *VI.* 9 *l. de nat. mul. XLV.* 6 Item ervi lentiumque torrefactarum ἄλ» φιτα leguntur, *l. de int. aff. XXV.* 37. Vide Foes pag. 34. et Gal. *in* » *Lex Hipp.* »

Oribasio così definisce l'*Alfitone* « Il migliore *alfitone* si prepara con » l'orzo nuovo o moderatamente torrefatto: ma in mancanza di tale orzo si « prepara talvolta eziandio con altri orzi. Qualunque *alfitone* ben prepara» to ha un buono odore, ma il più odoroso è quello che formasi con orzo no» vello, della migliore qualità, e la spiga del quale non sia compiutamente » disseccata. Molte persone di valida sanità hanno l'abitudine di porre l'al-

(1) Alfita. Alphita, *Polenta, farina* DUCANGE Gloss. in voce.

(2) Alphitum, i n. 2. proprie farina hordeacea, tum generatim ad victum necessaria *Auct. Itin. Alex. M.* (edente *A. Maio*) (*Forcellini Totius Latin. Lexic. in voce.*

(3) Bonavilla. Diz. Etimolog.

(4) *Clav. Sanat.* In voce.

(5) Savich Arab. est *farina subtilis*. Valesc. de Tarant. *Philon.* Chirurg. c. 6. p. 810. *Castelli Lexicon in voce*.

(6) Barth. Castelli Lexicon Medicum Graeco-Lat. Patav. 1755. In voce.

Alphus, morfea idem; inde alphus melas, id est morfea nigra, et alphus leucas, id est morfea alba.

Alumen stipterea (*var.* stiptena) idem, inde stipterea (*var.* stipea) cistis idest alumen scissum; sunt autem tria genera aluminis, scilicet scissum quod vulgari nostro dicitur alumen de pluma; et rotundum quod zaccarium dicitur, et est insuper alumen liquidum quo rarius utimur. Item quando invenitur alumen vel stipterea de scisso intelligitur secundum nos, secundum alios de rotundo.

(1) Alyon, sparagus.

Amantilla, potentilla, marturella, fu, valeriana, idem.

Amarascus (*var.* amaracus), samsucus, majorana, persa, olimbrum idem.

Amaruscus, foetida idem.

Ambra, spermaceti, idem secundum quosdam, sed procul dubio gummi arboris est in mari vel sub mari crescentis.

Ameos, nenuchae (*var.* nemithe), scintillades idem.

Ami fructus juniperi idem.

Amicticum, id est recorporativum vel recuopertivum (2).

Amidum, amilum idem, et interpretatur sine mola fractum et fit de tritico.

Amineiros (*var.* aramenos), sine rubore idest album, ut in Alexandro.

Amitrocerum interpretatur facile ad cognoscendum vel ad curandum, ut in Alexandro de tussi.

» fitone nel vin cotto nuovo, nel vino di un gusto zuccheroso o nel vin melato, tal volta ancora nell'acqua, e di bere questa mescolanza in està due o tre ore prima del bagno: eglino pretendono avere sperimentato che questa bevanda prevenga la sete. » (*) Daremberg nelle sue note alla sua bella edizione e traduzione di Oribasio eseguita insiem col culto dottor Bussemaker (op. cit. pag. 565) così comenta la voce *ἄλφιτα*: « Nella nota alla parola *ἄλευρον* abbiam citato Galeno, secondo il quale l'*ἄλφιτον* significa presso Ippocrate ogni specie di grano schiacciato in pezzi di mediocre grandezza. Così Foesio (*Oecon. Hipp. sub voce*) ha raccolti molti passi di Ippocrate, nei quali è questione di *ἄλφιτον* di frumento, di lenti, e di veggiolo. Nondimeno Teofrasto già disse (H. P. VIII. 8. 2). « Ἀθήνησι γοῦν *αἱ κριθαὶ τὰ πλεῖστα ποιοῦσιν ἄλφιτα* » del pari Plinio (XVIII, 14 ol. 7): Polentam quoque Graeci non aliunde (quam ex hordeo) praeferunt ». In generale presso tutti gli Autori più recenti *ἄλφιτον* s'impiega esclusivamente nel senso di orzo torrefatto: già in Ippocrate trovasi con questa significazione (*Vict. rat.* II. § 40, t. VI. p. 536) La maniera di fare questo *ἄλφιτον* è esposto in Oribasio (l. IV, ch. 1. p. 257. l. 9), del pari che in Plinio (*l. l.*) ed in Palladio (*Jun.* 7, 12). Dieuchès (IV, 6. p. 283, l. 2.) dà una ricetta per fare con l'avena un *ἄλφιτον* della stessa maniera che ordinariamente si fa con l'orzo ».

(1) Manca nel Ms. 6957.

(2) *Vel recuopertivum* manca nel ms. 6957.

(*) Oeuvres d'Oribase texte grec, en grande partie inédit, etc. traduit pour la première fois en français, avec. etc. par les docteurs Bussemaker et Daremberg. Tom. I, p 207. Paris 1851.

Amoletamum (*var.* amolentum) interpretatur sine inquinatione, ut in Alexandro.

Ampeleon, prassion, id est brionia vitis alba idem, item ampeleion agrias, vitis agrestis, quae lambrusca, dicitur alio nomine: (*var.* et ejus nomine flos yantis) iantis. et inde oleum jantinum, et ampelios melanis, id est, vitis nigra, et ampelios viniferos, id est, vitis vinifera.

Ampliopia, est obscuritas visus, ut in Alexandro de oculis.

Amurca est fex olei superior et est utilis, imurca est fex olei inferior et est inutilis.

Ana, id est, sursum, vel aequale, seu rectum (*add.* interpretatur).

Anabrosis, sive diabrosis, est corrosio venae; et rixis incisio vel ruptura ipsius.

Anacardus, pediculus elephantis secundum quosdam idem, secundum nos est fructus arboris (*var.* roboris).

Anacochi, baccae lauri idem.

Anagallis, vel anagallicus, seu anagalla, consolida major, idem, ut in C.

Anagodam, id est, sumac.

Anagoge, id est, refectio sanguinis sursum per os.

Analemptia, species est epilepsiae de vitio stomachi.

Anantia, pes leporinum, gariofilata, sanamunda idem.

Anapopletica, sunt quae replent vulnus carne.

Anatropha, id est, conversio stomachi sursum, id est, per vomitum; Catatropha vero est conversio stomachi deorsum, id est per fluxum ventris, dum enim fiat fluxus ille vitio stomachi.

Anathumasis, id est, delatio fumi stomachi sursum ad caput, vel ventositas.

Anastomosis interpretatur venae apertio.

Andrago, portulaca, portacla (*var.* andragnis) idem.

Anemo, papaver rubrum vel ruffum; quando simpliciter ponitur papaver de albo intelligitur.

Anesis (*var* anes) id est, resis, id est requies; ab a quod est sine et resis (*var.* nesis) quod est labor, inde anetica, id est mitigatoria (*var.* mitigatio).

Anetum, absynthium dulce idem.

Angina, est apostema quod nascitur sub gula, dictum ab ango, gis, qui morbus maxime porcis accidit et quandoque hominibus.

Anisum, ciminum dulce idem.

Anodinum, id est, mitigatum.

Anthale, id est lapis quidam.

Anthemis, camomilla idem

Anthera, semen rosae idem.

Anthora herba est sic dicta quod (*var.* quasi) contra thoram, id est, herbam venenosam.

Anthos, flos rorismarini idem; generali vero nomine hoc nomen anthos pro quolibet flore ponitur apud graecos.

Anticrocus, est herba quae habet florem croceum in modum croci.

Antifarmacum, vincetoxicum idem.

Antimonium est vena terrae similis plumbo exterius.

Antinoracea (*var.* armoracea) rapistrum idem.

Antipasis, id est, contraria detractio sanguinis; methacenthesis, id est, linearis detractio.

Antofili, id est, majores gariofili, et sunt idem antiofili gariofili quod grossi ficcubus, grossi enim dicuntur primordiales ficus quasi flores arboris, unde illud: protulit ficus grossos suos (*var.* grossas suos).

Antrax est venenosum apostema.

Apalum interpretatur sine pelle inde et dicuntur ova apala id est sine pelle, vel sine testa, seu mollia, inde dicitur apala sarcos, id est caro mollis; sarcos enim est caro ut in C., et ab hoc mollitie quaelibet sorbilia dicuntur apala vel appola.

Apium, hujus quinque sunt species, scilicet: Apium domesticum, cujus semen selinum dicitur. —Apium ranarum sive raninum: —Apium risus, quod idem est, quod scelerata vel verctillana, sive balaneca (*var.* biantacea). — Apium hemorrhoidarum, quod est simile ranino, nisi quod habet guttas nigras in foliis, ut in diaetis particularibus legitur. —Trifolium, genus est apii.

Apocisticus, id est, repercussivus.

Apofleumatismus, id est, omne quod per os vel per nares fleuma deponit a capite, sive sit gargarismus, sive masticatio, sive fricatio interioris oris, sive caputpurgium per nares immissum, sive sternutatorium, et dicitur apofleumatismus ab apos (*var.* apo) quod est de, et fleuma, quasi deponens fleuma.

Apomel, id est aqua frigida in qua favus mellis abluitur; sed hydromel habet ipsum mel compositum ab aqua frigida sine omni decoctione, nec habet certam proportionem mellis ad aquam. Item mulsa fit ex octo partibus aquae et nona mellis despumati, et coquitur ad consumptionem tertiae partis illius totius; si plus quidem coquitur et plus habuerit mellis et minus aquae, dicitur mulsa mellina; e contrario si minus coquitur et plus habeat aquae et minus mellis dicitur mulsa aquosa, ut in Alexandro de oculis. Sed in quinta particula amphorismorum pro mellicroto accipimus hydromel; quidam tamen (1) exponunt mellicratum, id est de melle et vino, sed hii exponunt vel intercipiunt mellicratum pro hydromelle et mellicratum pro vino et melle; verumtamen craton interpretatur vinum in vulgari graeco.

Apoquimatos, succus seminis lini idem ut quidam volunt, vel sordes navium ut alii.

Apostema, apostasis idem, et interpretatur collectio.

(1) *Exponunt... hii* mancano nel Ms. 6955.

Apozima interpretatur defervescens, nos intelligimus decoctionem ab apo quod est de, et zeo (*var.* azeo) quod est ferveo, ut in Alexandro.

Aqualea (*var.* aquileya), columbaria idem, dicitur herba quaedam calida, idem est quod pes gallis.

Arange, citronolum idem ut in C.

Aranza longa, aristologia longa idem.

Arcangelica, agrimonia. lappa, inversa idem.

Arceotide juniperus idem

Archeotidos, baccae juniperi minoris idem.

Archos, id est princeps, inde poliarchion principans pluribus.

Ardillus, id est, porrus sylvestris.

Ares, id est virtus, inde arcotica, idest virtuosa.

Arilli sunt arida uvarum grana et dicuntur ab ariditate (1).

Aristologia rotunda, malum storacis, idem; et est alia aristologia quae dicitur longa, et secundum Macrum est alia (*var.* tertia species quam dicimus fel.) species quae dicitur fel terrae, quando simpliciter ponitur de rotunda intelligitur.

(2) Armonata, id est semen rapistri.

Arnoglossa, lingua agni, plantago major, lingua arietis idem: item plantago minor quinquenervia, lanceolata (*var.* lanceola) idem.

Aromata, odorifera dicuntur.

Arsenicus, id est auripigmentum citrinum. Sandaraca, id est, auripgmentum rubrum; quando auripigmentum (*add.* ponitur simpliciter vel) simpliciter invenitur de citrino intelligitur.

Arthemisia domestica, febrifuga idem.

Arthemisia agrestis, matricaria, materherbarum, idem.

Asa foetida, lasarum, opium (?), squinantium. silphium idem, et silphium est ferula, cujus gumma est asa foetida; inde opos silphii, id est ipsa asa foetida, idest succus silphii, ut in Alexandro de dentibus.

Asarus, asara bacara, gariofilus agrestis, vulgago, idem.

Asinthetis (*var.* alinthesis), id est, sine consumptione, ut infra in littera S.

Asmatiles (*var* aspratiles), dicuntur pisces scammosi ab asperitate scammarum vel spinarum vel locorum in quibus degunt.

Aspaltum, bitumen judaicum idem.

Asplenis, herba est vel splendinidion herba est simillima et in exterioribus et virtute scolopendria.

Athanasia, tanacetum id.; hac utuntur Salernitani pro arthemisia et Hispani similiter.

Atriplex, crisolocanna, beta idem (*var.* bequata idem).

Atriplices, crisolacanna, catone, (*var* cathones) idem sunt.

Atrophia, id est extenuatio et interpretatur sine conversione (?) vel sine succo.

(1) Anche ora nella bassa Italia diconsi *arilli* i semi dell'uva. In Ital. *arillo* è la membrana che riveste immediatamente qualunque seme.

(2) Dal Ms. 6957; manca nel 6964.

Attramentum est quaedam terra gallicana, cujus duae sunt species vilior species secundum quosdam est (*add.* attramentum. et nobilior species est) vitreolum, et dicitur vitreolum a claritate vitrea quae in electioribus granis invenitur. quum atramentum per se ponitur de usuori (*var.* viliori) intelligitur, et atramentum secundum quosdam est nobilior species.

Augma (1) augmatis, interpretatur incrementum et inde dicitur adolescentia aetas augmastica, quia (2) in ea crescit homo; inde etiam dicitur febris augmatica, id est cresceus, et epaugmastica, id est decrescens; sed augmentum (*var.* almentum) interpretatur status, inde dicitur juventus aetas augmastica, quia in illa stat homo, nec crescit, nec minuitur.

Auliscus, est instrumentum injettorium; inde etiam auliscus othicus, id est, instrumentum illud per quod injiciuntur liquores in aures; othis enim est auris.

Ayzon, semper viva idem, ab ay quod est semper et zoe quod est vita.

B

Baim (*var.* bamni) interpretatur corroborativum vel corrosivum.

Balanon, id est, glans inde mirabolanus, quasi glans vendibilis (1); miripton (*var.* miriplon est) enim vendere, dicitur inde miripsia (*var.* miripsia) species vendibilis, ut in M.

Balaustia est flos caducus mali granati, vel fructus cujusdam arboris ad modum mali granati.

Balsamum est gemma, quae (3) a Bizantio affertur.

Balsamus est arbor.

Balzamita, menta aquatica idem.

Barba jovis, sticados citrinum idem; sed jovis barba semperviva idem.

Bardana, lappa major idem.

Basilica, draguntea idem.

Batus, rubus ferens mora idem, sed nomen rubi est aequivocum ad batum et ad bedegar, et quando simpliciter ponitur Batus quidam intelligunt de hoc, quidam de alio.

Baucia, pastinaca agrestis idem; sumitur enim quandoque pro domestica.

Bdellium, gumma est et dicitur bdellium Scithicum a loco (*var.* Senitum a Senitho)

Bedegar, rubus, idem; vulgari nostro dicitur engletier (4) (*var.* esglantier).

Been album et est aliud been rubrum.

Belliculi marini, lapides sunt purpuri (*var.* parvi) et albi, qui in rupibus marinis inveniuntur cohaerentes.

(1) *Augma* manca nel Ms. 6957.
(2) *Quia... augmatica*, 10 parole mancano nel Ms. 6957.
(3) *Quae.... affertur* mancano nel ms. 6957.
(4) Forse *eglantier* che in francese significa la rosa canina.

Belliricus, genus est mirabolani ut in M.

Bernix, classa, gumma juniperi idem; dicitur etiam bernix quidam quod conficitur ex oleo semine lini et classa, et inde illuminantur et consolidantur colores picturarum.

Berula, erba est.

Beta, atriplex agrestis idem.

Betonica, cestron idem, ut in Alexandro de splene.

Bichicon, interpretatur ad tussim; unde pillulae bichicae ut in Alexandro

Bismalva, altea idem.

Bissara, herniola (*var.* hermodactyli) idem.

Bistorta herba est.

Bitumen judaicum, aspaltum idem.

Blaccca, est squamma piscis et invenitur in fronte piscis degentis in concha rotunda, tortuosa; sed nos utimur blanca bisantia, scilicet illa quae aflertur a bisantio idest Constantinopoli, quae sic solebat dici.

Bleta, sicla (*add.* dyomeros combustum) idem.

Blitus, ortus, coxalidas, idem.

Boletus, fungus idem.

Bolus quando simpliciter ponitur de Armenico intelligitur.

Borago, herba est.

Borax, est gumma unde solidantur aurum et argentum.

Borith, herba saponaria, inde herba fullonis, sed carduus est aliud.

Botrachion, herba scelerata, apium risus, smirnon idem; quidam tamen symirnon generaliter pro quolibet apio intelligunt.

Botrus interpretatur rotundus, unde collectio uvarum quae in rotunda forma invenitur dicitur botruc; dicitur etiam botruc illud corpus rotundum a (*var.* in) quo rosarum (*sic*) procedunt.

Bracteos, savina idem; sed bracteos interpretatur lamina, unde bractea crusca, id est lamina aurea.

Bragma, est commissura duarum cellularum (*var.* calviarum) in supremo capite, scilicet fantasticae et rationalis ut in Alexandro.

Branca, herba ursina idem.

Brancos interpretatur faux, inde brancus, idest apostema ortum in fauce de fluxu humoris a capite.

Brassica est caulis nondum transplantatus, sed quandoque pro quolibet caule sumitur.

Brionia succida (*var.* siccida), cucurbita agrestis, vittis alba idem.

Brisaca, viola idem (*var.* bisaca) molli idem.

Bruscus, cuscuta, rasca lini idem.

Buctalmon, oculos bovis idem.

Bufacon, id est corroborativum.

Buglossa, barba sylvana, lingua bovis idem.

Bulbus est omnis radix tunicata, sed moderni medici cum simpliciter ponunt, accipiunt pro radice narcissi.

Bulbus astus, barba jovis idem sunt.

Bulbus scilliticus (*var.* squilliticus), vel bulbus rufus, id est squilla.

Bulbus studius, id est, flos lupini.
Bulla, flectana idem.
Bulla', herba est.

C

Caballus marinus, hiposcampus idem; ippos enim equus dicitur, pathamos fluvius, inde mesopothamia, quae media inter duo flumina, id est tigrum et Eufratem.
Cachos interpretatur malus; chimus humor; inde cacochymia, id est, malorum humorum habundantia, et cachoetis, id est, mala habitudo, et cachexia idem.
Cakabit (*var.* cachetia) sive karabe a vulgo dicitur lambra est autem secundum quosdam gumma, cum potius videatur esse lapis.
Calamentum, vel calamentis, nepita idem; sed nepta est herba de qua Cattae solent impregnari. Calamenti enim duae sunt species, scilicet majus et minus.
Calamus aromaticus idem.
Calcantum, dragantum, vitriolum, atramentum nobilius idem, ut in Alexandro.
Calcetis (*var.* calchetis) est vena terrae qua caremus.
Calcucecumenon (*var.* calcecumenon) aes ustum idem.
Calculum (*var.* catulum), cardamomum (*var.* caldemonium), carvi agreste idem.
Calda, id est, calida inde Caldarium'; quando simpliciter ponitur de aqua calida intelligitur, similiter et frigida.
Callus, idest, dura cutis.
Calos, bonus interpretatur; inde Storax calamita, id est, bona gutta, vel (*var.* non) acalamis, ut quidam volunt; mitos enim gutta dicitur; inde calo verbum neutrum, id est depono; et inde calasticum (*var.* scolasticum), id est mitigatum, vel depositum dolorem, quia eum deponit.
Caly, id est, alumen.
Camaedros, quercula minor, germandrea minor idem.
Cameactis interpretatur humilis sambucus, id est Ebulus; actis enim ebulus interpretatur.
Cameleunca, herba est de qua solét lac coagulari.
Cameos, gummi idem: Gummi quando simpliciter ponitur arabicum intelligitur.
Camepitheos, quercula major, germandrea major, vel simpliciter germandrea, camedreos, camitria (1).
Camomilla, anthemis idem.
Camaleonta, animal est seu taxus.
Canapion, est medianus cortex sambuci, ut dicit Alexander in tractatu de podagra.
Canaps, canabis idem.

(1) Così nel Cod. 6957 vengono riepilogate le due voci: *Camedreos, quercula major, germandrea major, idem germandrea simpliciter; camedreos, camitra, trisogonus idem.*

Cancreos, semen ferulae idem.

Cancrina (*var.* cancrena) dicuntur vulnera nondum mortua, pauxillum vitae sensusque retinentia.

Caniculata, jusquiamus, cassilago, simphoniaca idem, et fistula secundum quosdam.

Cannabis, canapis idem.

Cantabia, genus calis (*var.* caulis) albi

Cantabries (*var.* cantabres) sive furfurisca, id est, cum a capite vel aliunde resolvuntur squammae similes furfuribus; tyriasis et dicitur idem, sed ptirigia est ungula.

Cantabrum, furfur tritici idem; quando furfur simpliciter ponitur de tritico intelligitur.

Cantharides, muscae sunt oblongae formae et virides.

Capitellum, lexivia, prima gutta, saponi (*var.* saponarii) idem.

Caprifolium, matrisilva, peridimenon (*var.* perithimenon) idem; de succo hujus herbae fit licinum apud quasdam nationes

Captia (*var.* capsia), herba est vel radix nobis ignota, ut in Viatico.

Capparis fructus est; fillis idem.

Capros, sterus idem; inde aegios capros, id est fimus caprinus.

Carapontici, daucus idem.

Carce terreni (*var.* carcetum) combusti bombacis idem.

Cardamum, id est, semen nasturtii.

Cardian, dicitur cor, et accipitur tam pro ore stomachi quam pro illo membro principali; inde cardiaca sive cardialgia quae tres habet species.

Carenum est vinum coctum in vindemiis ad consumptionem duarum partium; sappa (*var.* sapa) e contrario ad consumptionem tertiae partis; defrictum (*var.* defrutum) vinum dicitur, quod ad spissitudinem est decoctum quasi defrictum, ut in Palladio. dicitur.

Careon (*var.* carix), nux idem; inde leptocareon (*var.* leptacarenus) id est, nux minuta, seu avellana; et dyacareon, ut in Alexandro de squinantia; inde careon miristica, id est, nux muscata.

Carex, fructus quoddam est multum similis sparto et spartus similiter est fructus, unde Spartea ut in Palladio, et Carthago spartaria quia habundat illa regio Spartis.

Carica, ficus sicca idem.

Caricle, (*var.* carice) nux muscata idem.

Cariota, pastinaca agrestis idem.

Carminium, synopide idem.

Carnopodion, pes corvinus idem, herba est.

Caro marina, alcion idem.

Carpobalsamum, dicitur fructus balsami; carpos enim fructus dicitur.

Carpocareon, flos nucis idem.

Carpocereos, succus ferulae idem.

Carpociffus fructus hederae (*var.* enisdue) idem.

Carrotidae venae, id est, capillares subtiliter valde, quae sunt post aures, et sunt aliae venae quae dicuntur capillares in hepate.
Cartamum, id est, crocus ortolanus, vel ejus semen.
Cassamus, ciclamen idem.
Cassia cyringia, idest], Cassia fistula, et est alia Cassia quae dicitur Cassia lignea, vel xilocassia; xilos enim lignum dicitur, et quando cassia simpliciter ponitur vel invenitur de lignea intelligitur.
Catamodicum (*var.* cathamotinm) interpretatur paulatim.
Cataputhia, est species titimalli, tamen in Alexandro dicuntur cathapuchiae pro pillulis rotundis.
Cataracta, morbus est oculi et interpretatur fluxus quia fit de fluxu.
Catarrus, fluxus idem, inde catarticum, id est, medicina laxativa.
Cathariacum, rasura cornu cervi, idem.
Catinna (*var.* cathinna), est mina de qua elicitur aurum vel argentum, et ut quidam volunt quodlibet metallum; quando simpliciter ponitur, de aurea intelligitur.
Celia, id est, cervisia a calefaciendo dicta.
Celidonia agrestis, memithe, glaucium, vel glaucus agris (*var.* agrestis) idem, et est alia celidonia, quae dicitur domestica, et quando simpliciter invenitur glucium vel celidonia in medicinis calefacientibus sume domesticam, si in infrigidantibus sume memithe.
Celsus, morus major idem.
Centaurea, fallifuga, fel terrae idem; sic dictum a Centauro magistro Achilli a quo dicitur habere nomen qui ea utebatur.
Centonica, quidam dicunt, quod est absynthium ponticum.
Centrum galli, gallicicum (*var.* gallitricus), gallicrista idem.
Centum grana, vulgari nostro herba cancri.
Centum capita, affodillus idem.
Cephas est caput, inde cephalea, quasi laesio capitis, et miocefala (1), id est, caput muscae, ut in Alexandro de oculis; sic dictum est a mios quod est musca sive mium (*var.* sive unum) sive mus (*var.* sive) unus, inde etiam sparagus miocari ut in Alexandro; inde cephala ponia, id est pecia (*var.* pena) capitis.
Ceractes, cornutum dicitur a ceras, quod est cornu; inde rinoceros, id est, animal, animal habens unum cornu; ceras enim cornu dicitur, rinos unum.
Cerapecten (*var.* carapeten) interpretatur curatio, inde cerapecticum negotium, id est, liber curationum ut in tegni, et vulnus acerapecticum (*var.* aceraperticum), id est incurabile.
Cerotum dicitur a cera, quod omne cerotum recipit ceram, vel aliquid loco cerae, et est quoddam medium inter unguentum et emplastrum, et est spissius unguento set liquidius emplastro.
Cerusa, album plumbum, spinicium idem.
Cestrum, betonica idem.

(1) Nel Ms, 6957 manca.

Chaly, id est, cinis clavellatus sive bis coctus.

Cheme est boletus laudabilis, et est indeclinabile utriusque numeri, et neutri generis.

Chilus dicitur succus; inde diachylon qui interpretatur de succis, et inde clisma, id est, clistere.

Chimolea est quaedam terra sigillata (1) hispanica.

Chimosis, secundum Oribasium appellatur quotiens in ipsa cornea tunica, id est cornea, apparet rubicundus et carnosus humor.

(2) Ciathus est pondus unciae duae et semis.

Cicerula. erba est, quasi agreste cicer.

Ciclamen, panis porcinus, caffamus (*var.* cassanus) malum terrae idem.

Cicunita (*var.* cicuta), coniza, conium idem; quaedam species illius calidae sunt, habet semen arabice dictum horrinel.

Ciminella, biperdium (*var.* piperidium) ardeos idem.

Ciminum, aetiopum gith idem.

Cinamum, quidam intelligunt spissiores cortices illius arboris; sed cinamomum subtiliores; quidam e contrario (*var.* converso). Cum dicitur cinamomum (*var.* cinamum) alichimum, duobus modis intelligitur vel pro extremitatibus ramorum illius arboris quae assimilantur clavis, qui simpliciter alithimum appellantur, vel pro extremitatibus corticibus extremorum radicum (*var* ramorum); alithimum tamen interpretatur subtile rubrum, unde in libro urinarum Ysaac: urina alithima, id est, subtilis rubea.

Cinis (*var.* cimis), lentiscus idem; inde oleum cininum; huic arbori multum assimilatur arbor illa cujus gumma est mastix.

Cinnabarum, est ut dicunt quidam est terra rubra quae solet a Pisis afferri.

Cinobatus, rubus caninus, idem.

Cinoglossa, lingua canis idem, cinos enim canis dicitur.

Cinopedicon, pes caninus (*var.* cervinus) idem.

Cinodoroxa, idest, canina gula (*var.* gloria), vel caninus appetitus; a cinos, quod est canis et doxa gloria: gloriatur enim canis in multo appetitu.

Cisson (*var.* cison) id est, hedera, cujus gumma est opocisson (*var.* apocissi).

Cithonia, coctana. mala citonia idem.

Citrago, vel citraria (*var.* citragia) melissa idem.

Citrònulum, citrangulum. pomum arange idem.

Classa, gummi juniperi. Smirnis idem nomen, tamen. (3) Smirnis (*var.* Simirnis) quandoque pro mirra sumitur.

Classa, bernix idem.

Clees (*var.* cleos), id est gloria, inde collirium Cleonos, id est, glo-

(1) Nel 6957 *sigillata* manca.
(2) Questo articolo manca nel ms. 6957.
(3) *Smirnis... tamen* manca nel Ms. 6957.

riosum, ut in Alexandro de oculis, et preterelius valde gloriosus, et multa similia.

Cochima, antipersica (*var.* antipsica), crisonula (*var.* crisoluna) idem: quod interpretatur mala aurea, vulgari provincialium amoraix.

Cochlear, sive cochlearium idem.

Cochlear, id est, medietas aurei et aureus est pondus drachmae unae et semis.

Cocodrilla, serpentaria idem.

Coconidium, cundium (*var.* scindium) semen laureolae idem, ut in Alexandro.

Coctunella, pinus (*var.* prunus) arbor idem, ut in Palladio.

Cola, interpretatur glutinum; inde laurocollum ut in Alexandro.

Colastricum, id est, lac statim post partum mulsum vel colastrum.

Colen, id est, humor, inde colera rubra; illa humor et hic colera horum colorum, id est, melancolia, melan, niger interpretatur, colen (*var.* colon) humor, et quando dicitur pro illo humore, quandoque pro qualibet.

Collesis (*var.* callosis) interpretatur agglutinatio (*var.* conglutinatio); inde paracollesis, id est, partium agglutinatio, et paracolleticus, id est, carnem glutinans, inde sarcocolla est quadam gumma.

Colloquintida, ielana (*var.* gelana), cucurbita alexandrina idem.

Colofonia, pix graeca, pix buscia (*var.* briscia), et capos heryos (*var.* herycios), id est fructus montis, sic dictum ab herice filio veneris, qui victus ab hercule mutatus est in montem sui nominis, in quo crescunt arbores, quorum gumma est colofonia, inde dicitur Capos heryos, id est, fructus illius arboris, ut in Alexandro.

Colopendria, saxifraga idem.

Coloron (*var.* coleram) interpretatur viride, ut in Theophilo.

Colpus, finias, pendigo idem.

Columbaria, peristereon idem.

Comedion, codium, miconium idem

Conchilia, sunt pisces degentes in conchis.

Condisi, est cortex ellebori albi secundum quosdam; secundum alios medulla; secundum alios herba est per se, quidquid tamen sit pro eo utimur elleboro albo.

Confita, thimiama (*var.* thimiania), quod est fex storacis (*var.* thoracis) rubrae et ab hac dicitur omnis species odorifera thimiata (*var.* thimiamata).

Congilis, rapa strangilis idem.

Conisa, conium, cicuta idem.

Consolida major, anagalline, anagalla, vel anagallei, vel symphitum idem.

Cor album, album abietis, agaricus idem.

Corallus, duplex albus et ruber, quando simpliciter ponitur de rubro intelligitur.

Corax, interpretatur incisivum; unde in Alexandro de siti : encacia (*var.* encatera) corax , id est , salsamenta incisivi; encacia (*var.* ençatera) enim salsum interpretatur; inde et in Alexandro de epatica dissinteria : ad curam piscis in encantera mari, id est salso degentur.

Cordimeni, carvi agreste idem.

Corimbrum (*var.* cozimbrum) id est, fex confitae, ter lapdanum(1).

Coriza, est opilatio narium de fluxu humoris, et est (*var* Corriz) nomen membri et nomen morbi, id est caruncularum quae sunt in extremitatibus nervorum odorabilium.

Costum, quando simpliciter ponitur de amaro intelligitur , et est quaedam radix, et est aliud costum dulce vel costum dulcis qui ponitur in salsamentis amaris in medicinis.

Cotilidion (*var.* colelidion), calcantum secundum quosdam (2) secundum alios capillus veneris.

Cotilla est pondus octo unciarum.

Craicium vel cicrum est legumen quoddam quo caremus , dicitur etiam quandoqne citrum, pomum citrinum

Crama, cramatis, sive croma , id est, vinum herbatum, sive nectar, ut in Alexandro.

Crassula, vermicularis, et est major et minor.

Cretanus marinus herba est.

Crina (*var.* crinina) sunt grossae partes tritici male moliti.

Crisolacanna, sive cato, atriplex idem

Crisipula herba est.

Crocodilus, animal est quod movet mandibulam superiorem, cum caetera animalia moveant tantum inferiorem.

Crocomagmatos est trociscus sic dictus eo quod cum croco malaxetur.

Crocus hortensis, ginicum idem.

Crodion interpretatur durum.

Crystallus, lapis est.

Cubebe, fructus est.

Cucurbita, ielana (*var.* gebela) quando simpliciter ponitur domestica intelligitur.

Cucurbita agrestis, brionia idem.

Culcatia est radix nobis ignota, ut in diaetis particularibus.

Cuminum dulce, anisum idem.

Cuscutae, rasca lini, sive podagra lini, bruscus, gruscus (*var.* gruncus) idem.

Custos hortorum, pentadactylos idem.

Cymbalaria , cotilidos vel scolidos , umbilicus veneris idem , vulgari nomine catuncelli.

Cyperus. juncus triangularis idem.

Cyperus babilonicus, galanga idem.

(1) *Ter lapdanum* agg. dal Ms. 6957.
(2) Ciò che segue dal Ms. 6957.

Dampnis, laurus idem; inde dampnileon, id est, oleum laurinum et dampniechoticae (*var.* dampnothecae), sive dampnococti, id est, bacca lauri.

Daucus, hujus duae sunt species, agrestis et creticus, nomen tamen dauci quandoque sumitur pro pastinaca. Daucus quando simpliciter ponitur, de cretico intelligitur, et dicitur etiam daucus asininus.

Demaltria (1), id est miltrodatum, id est, sanguis draconis.

Dendrolibanum, libanotides, vel libantus rosmarinus idem.

Dens equinus, sulfurica herba, muscus de campo (*var.* muscus triangularis, vel cyperus) idem.

Dentala lapis est.

Derma, id est, cutis; inde astrocoderma (*var.* astroderma), id est piscis degens in concha, vel habens durum corium.

Deronica, seu veronica, radix est parva, utroque capite gracili, in medio vero latior.

Diagridion scammonea cocta idem.

Dipsas, serpens est cujus morsus facit homines mirabiliter (*var.* intolerabiliter) sitire (*var.* sentire), et inde dicitur a quibusdam, ut a Theophilo, dyabetes, qui et sanuda dicitur dipsatio eo quod in tali passione homines multum sitiunt.

Diptanus herba est.

Distincta (*var.* dysssenteria) id est dissipatio contentorum (*var.* intestinorum) quasi intestinorum.

Dotis, id est datio; seu distributio, inde antidotum, quasi contra vitium aliquod datum, praecipue quod datur per os contra venena, vel malitiosos humores (2).

Draconia (*var.* dragonia) interpretatur aspritas palpebrarum, inde collyrium draconiaticum, ut in Alexandro de oculis.

Dragagantum quaedam gumma est.

Dragantum, calcantum idem.

Draguntea, serpentaria, colubrina (*var.* columbaria), basilica, cocodrilla, idem.

Dropax, ruptorium et dropacismus idem.

Dyaforesis, id est, pororum apertio]; inde dyaforeticus, id est, pororum aperitivus, et sudor dyaforeticus, qui fit de pororum apertione nimia.

Dyamiconium, id est, alecma de micone, id est, papavere, et oppomiconium, id est succus miconis, ut in Alexandro.

Dyamisagra (*var.* diamifragia), id est, acrimonia.

Dyanicolabon, id est, vertebellum, ut in Alexandro de aure.

Dyatritum, spatium est trium dierum.

Dieresis, id est, divisio.

(1) Dal Ms. 6957; manca nel 6954.
(2) *Humores* manca nel ms. 6957.

Dyonisia, flos cicoreae idem (*add.* vel cicorea).
(1) Dyoptori, id est polipodium.

E

Ebenus, est arbor ut dicunt incremabilis.
Egilopa (*var.* epiloga), est quaedam infirmitas oculi, cum minor angulus rotundatur intus crescente carne, simile est inde oculo caprae,cujus angulus exterior est majorinteriore; undeet dicitur Egilopa, ab ege quod est capra et obtalmos quod est oculus; sed Argilopa est inveterata Egilopia, ut in Alexandro de oculis.
Elacterium, succus cucumeris agrestis idem; sed elacterides sunt cucumeres agrestes, tam fructus eorum quam ipsa herba. Item lacterides sunt cataputiae.
Elco, enim traho dicitur; inde caceltica virtus, id est substractiva vel retractiva (*var.* retentiva) virtus, quae statim sequitur post appetitivam , sed alliotica virtus dicitur digestiva virtus , et interpretatur immutans.
Electuarium dicitur eo quod de electis fiat speciebus.
Elidrinum (*var.* elidrum) gumma populi arboris.
Elifagus, lilifagus, salvia hortensis idem, et esbrium flos ejus dicitur , licet tamen quidam quandoque accipiant lilifagum pro salvia agresti.
Eligma, est medicina calida per os sumpta.
Elitrodanum, matrisilva (*var.* mater sylvarum), caprifolium ide ut in Alexandro.
Eliosparagus, id est, teneritas ramorum sparagi, cujusmodi in vere nascuntur, dictus ab elyos quod est sol quia sicut sol radios sic sparragus emittit hos.
Elixemum, id est, lilium, ut in Alexandro de dolore capitis.
Elleborus , quando simpliciter ponitur de albo intelligitur, est et niger; item veratrum, est elleborus albus et adorasca similiter.
Eltica, virtus dicitur attractiva vel appetitiva.
Emagh, id est, sanguis, inde emagogum quasi ducens sanguinem; gogos enim ductio dicitur, inde et hemorrhoida ab emagh, quod est sanguis, et roys, quod est fluxus, et emorrhosagia. Item ab emagh quod est sanguis, et theca (*var.* thitim) quod est pono , dicitur emathites quasi ponens et id est sistens sanguinem. Item ab emagh et dosis dicitur emadosis, id est, secunda digestio; inde et Ematoys et emaptoyca passio et multa similia. Sed ab ago, agis, quod est duco, ducis , dicitur fleumagogus, id est, agens seu ducens fleuma , et calagogus coleram , melancoteron (*var.* melanthotheron) dicitur; quasi melancholiam terens (*add.* scilicet) medicina purgans melançoliam.
Embamata (*var.* enbrotha) interpretatur intinctiones, id est, salsamentum, ut in Alexandro.

(1) Art. agg. dal ms. 6957.

Emboca interpretatur infusio, quae nos fomentum dicimus.
(1) Empisma est sputum saniosum: inde empicus et empiscus.
Emis, semis idem vel medietas; inde emigrenea passio quae medietatem cranei occupat, et emiciclus et emiperium et multa similia.
Emiscus, altea idem.
Encorrimas (*var.* encorrimia) interpretatur dependens.
Endica, fex nitri, gallice liche.
Endivia, troxima, lactuca agrestis (2) idem.
Enema interpretatur immissio (*add.* injectio per clystere) vel relaxatio.
(3) Enema clystere idem.
Enfraxis, interpretatur opilatio, inde enfraticon, idest, opilatum, et exenfraticum, id est, opilationem solvens.
Entera, id est, intestina; inde lienteria, et dissenteria et exentero enteras, id est ejus corpus evisceras (*var.* eviscero).
Enuche (*var.* ernache), ameos idem.
Epatica herba est.
Epifora dicitur ab epi quod est super et fero; id est rheuma a superioribus descendens.
Epigeroncon (*var.* epigoneon), omentum idem.
Epilatum, dicitur medicamentum per os sumptum, ab epi quod est supra et fero, fers.
Epilotica (*var.* epiplotica), id est vulnus carne replentia, ut in Dyascorido.
Epiploceu, omentum idem.
Epistatica (*var.* epispatica) sunt medicativa (*var.* medicamenta) claudentia vulnus
Epithima, dicitur suppositum, sive molle emplastrum.
Epithimum. appellamus fila quaedam quae nascuntur super thymum et super alias herbas et fructiches, sed eo magis utimur qui super thymum oritur,
Epithos, phillis idem, ut quidam dicunt.
Eracles, magnetes idem.
Eraina (*var.* emina), est pondus drachmarum sedecim.
Erbus, orobus, erbum idem.
Ericus, colofonia idem (4).
Erimola (*var.* erimonia), bissoria (*var.* bisoria), piganum, ruta agrestis idem; Apothecarii tamen pro pigano accipiunt semen rutae agrestis tantum.
Erinacius, eschinus idem.
Erisimus, herba est nobis ignota, ut in Alexandro.
Erisipela, interpretatur sacer ignis vel acer vel execrabilis, vel ignis infernalis, vel persicus ignis.

(1) L'art. manca nel ms. 6957.
(2) *Lactuca agrestis* manca nel ms. 6957.
(3) Manca nel ms. 6957.
(4) L'art. manca nel ms. 6957.

Eritridanum, sive rubea major, qua utuntur tinctores.
Eritron, id est rubicundus, inde yperitron, id est, subrubicundus.
Eruca. tam semen quam herba est.
Erugo, multae sunt aerugines; sed quando simpliciter ponitur de aerugine aeris, vel cupri, vel auricalci intelligitur.
Erus (*var.* ericius herbus idem) hibus idem.
(1) Esbrium, idest, flos salviae.
Escara, dicitur crusta quae fit de scabie, seu de combustione, seu de vulnere nata.
Escaton, interpretatur centum habens potestates.
Escinus, ericius, erinacius idem, animal est spinosum, cujus duae sunt species, scilicet aquaticus et terrenus, qui nobilior est ut in Alexandro, in principio eschini erichii (*var.* ericii) terrestris.
Eucacisma (*var.* encathima) interpretatur sessio (*var.* sensio), id est, balineum particulare in quo sedetur usque ad umbilicum vel circiter,
Euforbium, gumma arboris est.
Eufrasia herba est.
Eunodum (*var.* eunodis), interpretatur bene olens, ab eu quod est bonum; inde euthymus (*var.* euchimus), et eustomacicus, et eucrasim, et eucrasia, et eucraticum, et eufortunium, et eufortunatum, item eusabera et eusarcea ab eu quod est bonum, et sarco, quod est caro.
Eupatorium, salvia agrestis idem et bermis.
Exagium, solidum, pensum idem; id est pondus drachmae unae et semis.
Exagodras (*var.* esagodras) id est timore (*var.* interiore) positas.
Exatimata (*var.* epachymata) vel exarchimetra, id est resilitio vel dislocatio ossis ut in tegni; sed exantimata est quoddam vitium in capite et alibi, ut in Alexandro de capite.

F.

Faba est quaedam herba quae dicitur faba inversa.
Faba aegyptiaca, lupinus idem.
Fagin, interpretatur comedere; inde venae fagitides dicuntur quae sunt in carnositate faciei, juxta extremitates oris, vel magis praecipue illae que sunt sub lingua.
Far, per genus mollitionis fit de quolibet grano panifico; si solum rotundetur exesis (*var.* excessis) capitibus, et decorticetur; sed far quando simpliciter ponitur de farre speltae interpretatur.
Farmacon interpretatur immutans; inde farmacia omnis medicina, sed quando ponitur in augusta significatione pro medicina (2) laxativa tantum sumitur, et farmacodus dicitur medicina quae multum immutat, quocumque modo immutationis.
Farrago cibus est equorum.

(1) Dal ms. 6957; manca nell'altro.
(2) *Pro medicina* manca nel ms. 6957.

(1) Faufel, piper nigrum, melanopiper idem.
Febrifuga, simphoniaca (*var.* simphoriaca) idem herba est.
Fecatinus (*var.* feccatum) epar idem.
Fel terrae, centaurea idem (*add.* vel febrifuga).
Feniculata, est herba longa et gracilis quae nascitur in aquis.
Feniculus porcinus, peucedanum idem.
Fenugraecum, semen est cujusdem herbae quae sic appellatur; sed oleum, quod inde elicitur, dicitur thilinum, loco ejus utimur semine lini.
Ferlis, fex vini veteris idem.
Fermentum, spersum, idem, ut in Alexandro.
Ferrarium, est quod invenitur in trunco, in quo fabri refrigerant forcipes; unde illa aqua ferraria dicitur.
Ferrugo, limatura vel squamma ferri.
Ferula, hujus multae sunt species, et diversarum specierum ejus sunt genera, scilicet, sagapinum, ammoniacum, galbanum, oppopanax, assa foetida, et praeter istas est usualis ferula nullam faciens gummam, cujus semen dicitur cancreos.
Fiala, continet drachmam unam et semis.
Ficida (*var.* fetida) galla idem.
Figelta, est apostema factum de colera naturali et melancolia naturali, dictum a fingo, fingis.
Filex, parcos (*var.* ptireos) similiter (*var.* sive) ut quidam epatheos (*var.* epitheos) idem.
Filex quercina, polipodium idem.
(2) Fileos, idem.
Filipendula, fiselidos, pr Syon (*var.* pater Syon), viscago idem; nomen tamen viscaginis pro quolibet visco quandoque accipitur, sed non adjecto nomine arboris vel alio determinativo (*var.* sed non abjecto nomine arboris vel alia determinatione).
Filoantropos, interpretatur amans homines.
Filon, interpretatur folium; inde pentafilon, et quaedam cicuta dicitur leptofilon, quia habet minuta folia et acuta.
Filonium, opiata est, interpretatur novus amicus.
Fima est apostema factum de sanguine et fleumate, et dicitur fima, a fimo, eo quod facili putrescit.
Finicon, dactylus palmae idem; et finicon balanon idem est quod dactylus, et dicitur balanon quia glandi assimilatur in forma.
(3) Fisalidos, id est filipendula.
Flamula est herba calida et sicca in quarto gradu; masticata exurit linguam sicut ignis; unde nocet magis exterius applicata, utpote ad cauteria et ruptoria (*var.* rupturas).
Flaura, pantaleonis eadem est herba, valde amara; unde optime necat vermes, intus et exterius facit multos ramos et super sin-

(1) Dal ms· 6957; manca nell'altro.
(2) Dal Ms. 6957.
(3) Dal Ms. 6957.

gulos habet tria folia, ut species trifolii; efficacissime provocat menstrua, et habet vim dissolvendi.
Flebotomia est recta venae incisio.
Flectana, bulla idem.
Flegmon dicitur quasi flammon, et est apostema sanguineum ut in Johannitio.
Fleuma, hujus quinque sunt species, in Johanitio.
Flon, pirus amarus (*var.* purum aurum) idem; flon enim pirus (*var.* purum) interpretatur.
Flos, interpretatur lux, inde farrum et fungus, et fornax et focus.
Flos syriacus, flos malvae idem; sed ros syriacus est flos orni.
Flosmus, tapsus barbarus (*var.* barbatus) herba luminaria. panfilagos (*var.* panfiligos) idem, sed panfilagos est fuligo quaedam.
Folium, quando simpliciter ponitur de folio gariofilorum intelligitur.
Fren, vel frenes, interpretatur pellicula; unde antiqui ante tempus Platonis, vocabant frenes, quod nos hodie dicimus diafragma, et dicitur Plato fuisse primus inventhor hujus nominis dyafragma; inde dicuntur duae pelliculae quae obvolvunt cerebrum frenes, scilicet, pia mater vel dura mater, et inde dicitur hic frenesis, apostema factum in eis, et dicitur hic fren (*add.* genitivo) hujus frenis.
Fu, amantilla idem.
Fulful, fructus est quercus similis glandi in virtute, durus in substantia, ponticus in sopore et virtute; unde secundum quosdam idem est quod galla.
(1) Fulfulabrat, id est piper album.
(2) Fulfulasbeth, id est, piper nigrum.
Futicus (*var.* fisticus) est fructus testam habens et nucleum.

G

Galac, id est lac; inde oxigalac, id est lac acetosum.
Galanga, cyperus babilonicus idem.
Galates (*var.* gagates) lapis est qui trahit paleas et cortices tritici.
Galbanum, gumma est.
Galla siccida, (*var.* ficida), asiatica dicitur quae affertur de Asia. Item galla alapsa (*var.* lapsa), seu lapsanum idem (*var.* sive lapsana cicidon idem).
Gallia est quaedam confectio, quae quia muscum recipit dicitur gallia muscata.
Gallicrista, centrum galli idem.
Gariofilata, anantia idem.
Gariofilus agrestis, asarus idem.
Gariofilus fructus est arboris.

(1) Dal ms 6957; manca nell'altro.
(2) Lo stesso.

Garus, quid sit supra dictas particulares docetur (*var.* dicitur).

Ge creticum, idest, terra quae affertur de creta.

Ge samia, idest terra quae affertur de Samos insula.

Gelatina est piscium sive carnium quaedam mucilago coagulata, quae nascitur de illis, quando post alixationem servantur infrigidata in aceto

Gema, (*var.* gemma) quaedam confectio est et interpretatur expertum.

Genestula, genesta idem.

Geniculata, poligonia idem.

Gentiana, herba est allogallica in campisatis mentibus nascens.

Germandrea, camedreos idem.

Gersa est quoddam album quod fit de radice brioniae et cucumeris agrestis et similium. Gersa sic fit: radix iari et dragunteae conteruntur, et succus exprimitur, et aqua apposita dimittitur residere, et quod liquidius supernatat abficitur, et alia aqua apposita iterum residere permittititur, et sic fit ter vel quater, tandem limosum quod remanet dessiccatur ad solem, et dicitur gersa (*var.* grisa), cujus usus est facies dealbandas.

Gincu, crocus hortensis idem; et est alius orientalis.

Gipsustereos, id est, terra astrata, id est, rubra, bolus armenicus idem.

Gipsus, plaustrum (*var.* flastrum), terra glutinosa idem, cujus quaedam species est lucida et haec dicitur specularis.

Girasolis, pentadactylon idem.

Gith, melancium et agrimulacum; utrumque nomen aequivocum est ad ciminum aethiopum et ad nigellam, et est gith, nomen indeclinabile, tamen quandoque declinatur gith, githis.

(1) Githon, id est lapis magnetis.

Glabries, est tinea.

Gladiolus, achorus idem

Glaucium agreste, celidonia idem.

Glaucosis est glaucedo sive in oculis, sive alicubi in corpore; inde glaucoptalmia, idest, alba obtalmia.

Gliceria, glicoricia, liquiritia idem.

Gliconium, pulegium regale idem.

Glicostoma, interpretatur dolor stomachi, alias dulce stoma.

Glis, animal; glis terrae tenax; glis, sapa (*var.* sappa) vocatur.

Gnidium, coconidium idem.

Gonios (*var.* gonas), id est genus vel semen, inde goniorrhea (*var.* gonorrhea), id est, fluxus seminis spermatis; roys enim fluxus dicitur. Item genos dicitur genus; inde trociscus trigonos, et eptagonos, et sic deinceps.

Grafagio, scriptura idem; inde melanfraticum (*var.* melangraficum) quod interpretatur nigrum scriptum.

Gramen, nomen est cujuslibet herbae ,; tamen specialiter accipi-

(1) Dal ms. 655; manca nell' altro.

tur in medicina pro qualibet (*var.* quadam) herba, cujus radix usualiter ponitur in oximelle et multis aliis.

Granum solis, milium solis idem.

Gremiale oleum, emitrida idem

Grinicus (*var.* gruncus), cuscute idem

Griposis (*var.* gripposis), id est, incarnatio; unde griposis unquium: ptiseos, id est, ptisis est signum.

Gummi, quando simpliciter ponitur arabicum intelligitur.

H

Herba catholica, alipiados idem.

Herba fortis, absyntium idem.

Herba fullonis, borith idem.

Herba luminaria, flasmus idem.

Herba pedicularis, staphysagria idem.

Herba pigmenta (*var.* picmentaria) melissa idem.

Herba policaria, haec est duplex, scilicet major et minor.

Herba S. Pauli, spargula idem, similis est psillio nisi quod habet folia albiora, et est amara, et dicitur psillium insipidum.

Herba S. Petri, herba paralysis, primula veris idem.

Herpillum, serpillum idem.

Hyalon, vitrum idem; (1) inde epyala febris, ab epi quod est super, quia vitreus humor in exterioribus corporis partibus est in hac febre; inde etiam dicitur fiala ho mutata in fe etyaloide, idest, vitreum fleuma.

Hynon, vinum idem, inde hyonomel, id est confectio vini et mellis.

Hypericon (*add.* herba demonisfuga), herba S. Johannis idem, herba perforata idem; quidam etiam nominant eam scopam regiam (2).

Hypia, simpliciter prolata et hypia etiam dicitur morsus, unde illud: Gallinae morsus hypia mors est (3).

Hypnotica soporifera idem, vel saporifera.

Hypomelides, id est quaedam poma sorbi (*var.* sorbilia) similia quibus caremus.

Hyponis, cauda equina idem, herba est.

Hyrema (*var.* hyroma), hypposita, cauda equina, cauda caballina, idem; herba aspera est qua solent poliri pectines, et arcus et ciphi.

I

Iacatal (*add.* vel jacatuli, seu sacraruli) radices sunt herbae nascentis in saxosis locis habentis folia sicut carduus spinosa, et ex

(1) Da *inde* in poi fino a *Hinon, vincum idem* della seguente rubrica manca nel ms. 6957.

(2) Da *quidam* a *regiam* è supplito nel ms. 6957 da *slopa regia idem.*

(3) Il ms. 6957: *hypia etiam dicitur morsus galtinae morsus minor hypia mors est.*

illis conficitur zinziber conditum; loco ipsarum possunt poni pastinacae ordentes (*sic*, hortenses).
Iacintus flos est et lapis.
Iacea, duplex est nigra et alba; herba est quae dicitur gallice matefelon.
(1) Iamith, flos est vitis agrestis.
Iarus, barba Aaron, pes vituli idem.
Isasir (*var.* iafir), id est, semis (*var.* seminis) minuti.
Ibiscus, altea idem.
Igia, sanitas interpretatur.
Igyoscopi, stercus caprinus idem.
Ilana (*var.* ilancia), id est lapa major, lapa inversa, lapago, bardana, diaglitis idem.
Illafeos, lapa (*var.* sapa) idem.
Illafruos (*var.* illafitos) bardana, lappa inversa idem.
In (*Ion?)*, idem est quod viola nostra, et est alia rubra
Inancium, est flos lambruscae.
Incubus, nomen est morbi, et nomen demonis, et inde subincubus (*var.* subcubus).
Inicion, id est costom (*var.* costum).
Inquiamatizo, zas, idem est quod injicio in, unde inquiamatismus id est, injectio.
Intubae (*var.* inulae) gallice escalongues.
Intuba, salsequium, cicorea, sponsa solis, idem (2) Elyotropia, cujus flos est dyonisia, eadem dicitur.
Ipogias, id est, viridis.
Ipopia, vel ipopiosa, tenebrositas idem.
Ipoquistidos est succus fungi qui crescit ad pedem rosae caninae.
Iposelina acquatica, herba est nascens in aquosis locis, habens folia fabae foliis similia unde a vulgo fabaria: ad tumores valet.
Ipotesis, id est, cataracta in oculis.
Isacotidis, vel isacodisx (*var.* isacondix), id est, siler.
Istita, serpens est.
Issopus est herba tumidis pulmonibus apta,
Ad pulmonis opus praestat medicamen ysopus (3).
Istuli, vermes sunt lumbrici terreni idem.
Isyon (*var.* Igion), id est centaurea.
Iujubae, quidam sunt fructus, sunt majores fabis.
Iunix, id est, vacca juvenis.
Iusquiamus, cassilla (*var.* cassilago), sifoniaca (*var.* symphoniata) caniculata (*add*- vel dens equinus).

(1) Manca nel ms. 6957.
(2) Verso della Schola Salernit. ver.
(3) Versi della Sch. Salernit. ver.

K

(1) Kakabre, id est, genus vervicis.
Keratlr, kemitlr, id est, pondus quatuor granorum ordei.
Kist, est pondus librae semis.
(2) Kufordafi, idest, cinnamomum.

L

Labdanum, dicitur nasci de rore celesti et manna similiter, sed ex diversis arboribus supra quas cadit, ros recipit hanc vel illam proprietatem.
Labrum veneris, est herba.
Lacca, orobo, orobonis, alio nomine gumma est de qua cum urina umana fit carminium.
Lactanea, id est tepida
Lacterides (*var.* laccarides), id est, cathaputiae; nomen est herbae et seminis ejusdem; quando simpliciter invenitur de semine intelligitur.
Lactuca, hujus duae sunt species, scilicet domestica et agrestis; quando simpliciter ponitur de domestica intelligitur.
Lagana de pasta, sunt azima et sunt lata.
Langa, id est pinum sylvestre.
Lapatium, rumex idem; vulgariter dicitur paratella (*var.* parelle); hujus duae sunt species acutum et rotundum; quando simpliciter ponitur de acuto intelligitur.
Lapis agapis, lapis lazuli, lapis est blavi coloris satis bonus.
Lapis armenicus a regione illa sic nominatur.
Lapis calaminaris, emathites idem.
Lapis lincis, dicunt quidam quod fit de urina lincis tempore petulantiae, qui induratur et transit in lapidem.
(3) Lapis magnetis et calaminaris et giur (?) idem.
Lapis piretes, dicitur lapis a quo per alisionem calibis vel alterius duri corporis evolat ignis; sed G(alenus) in epistolis ad Glauconem exponit lapis (*var* lapidem) piretes, id est, lapis militaris quod quidam dicunt de lapide lato supra quem solet ignis constitui.
Lapparia, interpretatur liquidum, inde alumen lapparis, id est, alumen liquidum de lapparo insulae allatum. Item Alexander exponit lappara pro commistione de oleo et aqua coagitatis insimul.
Lasar, asa foetida idem.
Laureola, gingelide idem.
Lavendula, salvia sylvestris idem.
Laxanatis, mercurialis, linotides, talsum vel talsa, idem.
(4) Lempiniscos, tanta idem.

(1 2) Dal ms. 6957; mancano nel ms.
(3 4) Dal ms. 6957. manca nell'altro.

Lempnias, auripigmentum, sed lampniafri (*var.* lempnia frigidos) terra est sigillata, licet quidam exponant lempnia frigidos pro auripigmento.
Leuticos, interpretatur captio vel captivatio; inde epitentias id est, superiorum captio, id est, cerebri; et analemptia et cathalemptia.
Lepida seu squamma; inde lepidos celuis, squamma aeris vel scoria aeris, seu batitura.
Lepidos calcis, id est, batitura aeris.
Leporina, priapismus, satyrion, idem; inde diasatyrion.
Leptaeta, seu minuta intestina.
Leptofoli, id est, tennis folii.
Leptos, interpretatur minutum; inde Leptocareon id est, nux minuta, sive avellana; careon enim nux dicitur et Leptopericia, id est, diminutio ignis; et leptanides, id est, subtilis subtile (*var.* substancia) medicamen.
Lethes, interpretatur oblivio, inde litargia, *e* mutata in *i*, scilicet labor oblivionis; ergas enim labor dicitur, sed ergon opus est, inde pavergon, id est extra opus, id est, otium; lethes etiam dicitur fluvius infernalis.
Leucos, interpretatur album (*add.* indo leucopiper et album) piper, et leucoris, id est, albedo, et leucomata, et leuchotoe, et multa similia. Item graeci pro albo pipere intelligunt quoddam minutum planum sine rugis, quod invenitur in nigro pipere, minus (*add.* tamen) nigrum rugoso; sed arabes per album piper accipiunt grana resasare (*var.* fesasare) vel ijsarac, Apothecarii nostri utuntur pro eo quibusdam cataputhiis magnis, qui ut quibusdam placet sunt fructus musceb (*var.* muscelli) arboris.
Leucoma, id est, albugo oculorum.
Libanothos (*var.* libanotis, id est, flos roris marini.
Libanotides, rosmarinus, dendrolibanum idem.
Libanum, olibanum, thus masculinum idem.
Liccaporium, id est, deponens dolorem.
Lichines, id est, empetigenes.
Licinium, lichinium idem.
Licium indicum, succus caprifolii, oculus lucidi idem, sed non fit apud nos.
Lignum aloe, id est, lignum amarum.
Ligurrus, vel ligurnus, lapis est.
Lilifagus, salvia agrestis idem.
Lilium, et ligustrum, quod dicitur agreste lilium, est flos volubilis majores ascendens sepes.
Linaria, herba est similis exulae excepto quod lac non habet.
Lineolon, id est, oleum quod fit de semine lini.
Lingua avis, herba est quaedam et quandoque accipitur lingua avis pro semine fraxini.
Lingua passeris, poligonia, pro serpniata (*var.* proserpinata), Centinodion, perdicialis idem.

Lipania, id est, commixtio (*var.* defectio) olei et aquae.

Lipioon interpretatur fluens (*var.* fluere); inde collyrium; sed quaelibet medicina qua utimur in liquida substantia, vel quaelibet medicina quae fluxum movet, etiam suppositoria et similia; nescio tamen unde comparatum (*var.* appropriatum) ad designandum illud quod ponitur in oculis.

Lipothimia, malfactio, syncopis, exsolutio vulgariter, idem quod spasmatio, id est, defectus motus cordis, inde dyalipides, sive dialipes (*var.* dialipon), idem est quod defectio.

Lippos, sive lippes sunt lippitudines ut in Alexandro.

Liquiritia, gliceria, glacoria idem, sed glicida est peonia.

Liris, asianus lapis.

Lirisco (*var.* litisco), id est, flos aeris usti.

Litargyrum, fex est argenti vel auri sive spuma.

Lithiasis, interpretatur confirmatio lapidis; a lithos quod est lapis; inde lithobotridos, id est, lapis rotundus. Botron enim rotundus dicitur.

Lithos, est nomen demonis; lithos etiam lapis dicitur.

Lithosmon, id est, grana solis.

Litirasio, id est, asidus.

Litosperma, semen saxifragae idem.

Litronfilon, id est, liberans amicos.

Lixaperiton, dicitur a lixa quod est aqua, et pir ignis, quasi adaquans ignem, id est, minuens calorem.

(1) Lolium, zizania idem.

Lotium, urina idem.

Lupinus, faba aegyptiaca idem.

Lupulus, id est, volubilis, illa quae multum assimilatur ramici ferentis mora, sed spinis caret.

Lutum sapie (*var.* sapiens), ut dicunt quidam, est gipsus mixtus capillis humanis (2), et cum aqua distemperatus.

Lyen, est quoddam intestinum qui vocatur jejunum; inde lienteria, ut quidam volunt, vel a levitate (*var.* lenitate) enterorum, id est, intestinorum, ut dicunt alii, et quidam esponunt Lyen, id est, splen.

Lympha, aqua idem; inde lymphaticus vel lunaticus.

M.

Mabathematicon, id est, succus caulis agrestis.

Macedonicum, id est, petrosillum (3) alexandrinum.

Manciana, exponimus mala sylvestria, sed vulgari hyspanorum mala usualia et domestica dicuntur maciana.

Macis, non est flos nucis moscatae, ut quidam credunt, sed abae-

(1) Manca nel Ms. 6957.
(2) Ciò che segue manca nel Ms. 6957.
(3) *Alexandrinum* manca nel Ms. 6957.

ret ipsi nuci moscatae circum quamque ut potest videri in avellanis.

Macropiper, id est, longum piper, macros longus dicitur; inde manucroxia (*var.* macronoxia) id est longa infirmitas. Item micron interpretatur parvum, inde microtegni, id est parva ars, et microcosmus, id est, minor mundus. Item mega interpretatur magnum et inde megategni, id est ars magna, et megacosmus, id est major mundus.

Magnes, lapis calaminaris, qui lapis Eracleus et adamas dicitur, tamen adamas est lapis qui et dijadamas sonat sed durissimus ille.

Mala aurea, cochima idem.

Mala cephalea, id est caligo.

Mala citonia, coctana, cidonia, amila (*var.* cimila) idem; item quando malum simpliciter ponitur de pomo usuali intelligitur.

Malaticum, id est, dissolutivum.

Malabatrum, folium est latum et subalbidum boni odoris quod invenitur in paludibus indiae supernatans.

Malagma, id est, mollificatum, saniem prohibens; sed malasticum et mollificatum saniem faciens; hiis tamen nominibus auctores utuntur quandoque indifferenter.

Malum punicum, id est, malum granatum; punicus enim rubens dicitur a purpura (*add.* patria) didonis.

Malum storacis, aristologia rotunda idem.

Malum terrae, ciclamen idem.

Malva, hujus duae sunt species, scilicet hortensis quae dicitur melochia, et alia agrestis minor.

Mandragora, herba est de cujus pomis fit oleum mandragoratum.

Manna, est quoddam dulce quod fit de rore coeli cadente super quasdam herbas, vel arbores, aestatis (*var.* certis) temporibus.

Mannis id est, thus minutum.

Maratrum, feniculus idem tam semen quam herba; quidam tamen dicunt quod maratrum est semen feniculi tantum.

Marculia, scariola idem.

Marmoralis, id est, mola manualis.

Marrubium, prassium idem; sed prassum est porcus, est enim marrubium duplex, album et nigrum.

Marsilium, faba lupina idem, sed uva lupina est solatrum.

Martulia, id est, testudo.

Marturella, amantilla (*add.* fu) idem.

Masbatrum, id est, folia allii.

Mastix, gumma est cujusdam arboris vel fructus (*var.* fruticis) qui dicitur lentiscus.

Mata sive (*add.* fu) valeriana idem.

(1) Matemar, aequalis mixtura coriandri et carvi.

Matha vel maza, genus est cementi, ut in Palladio.

(1) Dal Ms. 6957; manca nell'altro.

Meccare (*var.* meccatae), vel salsuciae, sirupus (*var.* factae) de carnibus intestinorum animalis (*var.* trutis).

Medicon, dicitur a medendo vel a Medea inventrice, ut in Alexandro.

Mel athicum, album mel dicitur quod affertur ab Athenis, seu mel vesparum in locis subterraneis, sed mel passilatum (*var.* pastillatum), mel granatum idem, ut in Oribasio.

Mel thimenon, de thymo.

Melan, id est, nigrum ; inde melanopiper et melancholia et melanchiron, id est, ictericia nigra (*var.* magna) et similia.

Melongena, vel melongenia fructus sunt oblongi et rotundi, inter album et rubrum medii.

Melissa, melago, citraria herba est pigmentaria : curingae (*var.* citringe) curago, mellilompnias idem.

Melancium, id est, ciminum aethiopicum est, nigrum dicitur (*var.* magis diureticum) alio.

Mellilotum, herba est cujus semen dicitur corona regia, paratella agrestis idem.

Melotida, succida lana mollis.

Melus, cameleonta (*var.* cameleuca) idem.

Membrana, hipochondrii nomen est.

Memithe, celidonia agrestis idem.

Menstruum, a mense dicitur vel a mene, quod est luna, eo quod singulis mensibus patitur.

Mercurialis, linozotis idem (*add.* et pertenotides).

Merula, limachia (*var.* lunaria) idem.

Meron, purum (*add.* vinum) idem ; unde vinum meracius et merantum (*var.* meratum).

Merzandus, vel mersandus, amaracus idem.

Mescata (*var.* mescara), vel meuzaccara, alio nomine nicetum seu hulla (*var* hilla) vulgariter salcasas vel saucisces gallice.

Meson, id est, medium, inde venae mesaraicae et mesenteron, vel menseron, id est, intestinum jejunum.

Mespila, fructus sunt.

Metacotafora, interpretatur trans delatur, id est, epiliticus (*var.* epilenticus) dum est in accessione.

Metallica, vel metaltica corpora dura (*var.* dicuntur) ut auripigmentum, litargirum, calcucecumenon et similia.

Mesentereon, illa pars quae est inter ventrem et hepar.

Methacafora, id est a superioribus ferens.

Methasm, criticus (*var.* creticum) interpretatur morbos determinans vel sanans.

Methodus, id est, regula vel doctrina, et interpretatur compendium; inde methodicus similiter ampl (*var.* super amphorismos).

Meu (*var.* men), est herba similis feniculo sed tortuosa est.

Meuphitum (*var.* memphitum), id est, impedimentum removens, vel a memphi civitate Aegypti.

Micantinus, id est, acumen spinarum habens.

Micinum, id est, revocativum.

Miconium, et haec (*var.* hic) comedio (*add.* genitivo) hujus comedionis; codium, papaver album idem; quodlibet istorum quando simpliciter ponitur de albo intelligitur.

Millefolium, minor ambrosia idem; quae satis est odorifera, item ymeron purum, millefolium majus, supercilium veneris idem.

Minium, quidam color est pictorum vel scriptorum.

Minon, id est, apium agreste.

Miotis, vel meonia herba est nobis ignota (*var.* ignorata) ut in Alexandro.

Mirabolanorum species sunt quinque bonorum.
Citrinus, kebulus, belliricus, emblicus, indus.

Mirica genesta idem.

Miristicum, id est, odoriferum.

Mirmica, dicuntur quaedam species formicarum, ut in Oribasio.

Mirmir, id est, formica et mirudines et mirmireleon, idest, oleum formicarum.

Mirra, trocliten, ad laudem dictum est quod sit trocliten, id est, rotunda; trochos enim rotundus dicitur.

Mirtus, sive mirta idem, cujus semen est mirtillus, inde vinum et oleum mirtinum, sive mirtillinum, et myrthite indeclinabile, quod donat quantum mirtinum.

Miseos, genus terrae est quo caremus,

Molipodium, id est, medium plumbum.

Momita (*var.* mamita) gumma est qua caremus ut in Alexandro.

Monomachia, interpretatur duellum; a monos, quod est unus et machios, quod est pugna, quasi pugna unius ad unum; unde rimacia (*var.* rimachia), id est, minimorum pugna, et siccomachia, id est pugna animae, siche enim est anima. Item a monos, quod est unus, dicitur febris monoydes, id est, unius diei, scilicet effimera et collerium monomerion, ut in Alexandro de oculis.

Mordelea, id est, nodosa.

Morella, solatrum, uva lupina, strignum idem; hujus duae sunt species; dicitur esse solatrum mortale (*var.* morella) cujus flos est niger et fructus ruber et aliud est solatrum nematicum vel montanum.

Mummia, est quiddam quod invenitur in sepulturis corporum balsamitorum.

Musa (*var.* mirra), fructus est in quo dicunt primum parentem peccasse; alii dicunt quod in ficu peccavit et est nomen saporis compositi ex acetoso et dulci vel insipido.

Musceleon, est oleum muscelinum, non de musco, sed de fructu muscelli arboris.

Muscus, est nomen aequivocus ad animal (*var.* aliquod) aromati-

(1) Versi della Schol. Salernit. vers.

cum, et ad illam lanuginem quae tegit arbores et similiter vestit lapides torrentis aquae.

Myrion, id est, auricula muris.

N

Nacos (*var.* narchos), vel narca piscis est teste Aristotele, adeo stuporiferae vel saporiferae naturae, ut mediante ligno, vel calamo, vel reti reddat manum piscatoris insensibilem et totum corpus nisi citius dimittat; inde narcoticum, id est, medicamen stuporiferum.

Napei, semina napi vel sinapis.

Napta, vel petreleon, vel (*add.* petrosillinm rubei coloris) (1) petro, id est, oleum rubrum, vel quasi rubri coloris.

Nardileon, est oleum de spica nardi.

Nardostocchum, nardocium (*var.* nardochium) spicanardi idem.

Nardus celtica, spica celtica idem.

Nardus indica, nardus vel spica quando simpliciter ponitur spica nardi intelligitur.

Nasale, est instrumentum quoddam, id est, injectorium ad injiciendum medicamen per nares.

Nastare, suppositorium idem.

Nastare. vel nastaplare est equivocus ad suppositorium et pessarium.

Nasturtium, cardamomum (*var.* cardamum), tam semen quam herba est, nasturtium aquaticum est et ortolanum, sed quando simpliciter ponitur ortolanum intelligitur, aquaticum vero crisso, crissonis, vel senatio, senationis.

Nefrocantarum (*var.* nefrotartarum), id est, renes denudans.

Nenufar, flos (*add.* nigellae vel nymphae) ungulae caballinae aquaticae; inde fit oleum nenufarinum, et in calidis regionibus invenitur flos ille, tam in albo, quam in violaceo et quam in citrino colore; sed apud nos tantum in albo et in citrino colore.

Nera, id est, arbor quae fert cerasa nigra, de cujus cortice sophisticato cassia lignea ut in Persio, seu poscent cassia ceraso (2).

Neradina, est tranquillitas aurium cum nec tinnitus nec intus nec extra auditur.

Neumathesis (*var.* neumatosis), id est inflatio vel ventositas.

Neuratrocos, id est, nervi durities.

Niconliti, id est, ungulae.

Nicosis (*var.* nicrosis), id est mors.

Nictalopas, id est, de nocte videntes.

Nidrago, vel nidragolon, vel nitrago, vel pericaria (*var.* paritaria) idem.

Nileos, juncus est, cujus radix assimilatur galangae.

(1) Ciò che segue manca nel ms. 6957

(2) Forse *vel praestant cassiae ceraso.*

Nimphea, est herba crescens in aquosis locis, magna habens folia, quidam vocant eam electrum.
Niirum genus salis est; Alexandrinum dicitur quia affertur ab Alexandria.
Nivata, dicitur aqua per nivem infrigidata.
Nomacosti, interpretatur comestio, et est gravius vitium quam corrosio.
Nucleus, quando simpliciter ponitur, de nucleo pineae intelligitur.
Nux, quando simpliciter ponitur, de usuali intelligitur.
Nux miristica, id est, nux muscata.
Nux pontica, id est, avellana.
Nux vomica, nux indica idem.

O

Obrizum, exponit beatus Gregorius in XXII moralium, impurum vel rude aurum. Alii exponunt pro purgatissimo auro, quasi eurizon, id est, bonae radicis auri.
Obsipanis, garus, succus; inde obsomagrus (*var.* obsummagrus), quod fit de pane et sardellis.
Obtalmia, est calidum apostema oculi, quod dictum est ab ob quod est contra et talmos quod est oculus, quasi contra oculum, vel ab obtalmos quod est oculus.
Obtalmicum, id est sternutatorium.
Ochus, vel ochos interpretatur labor, inde synocha, id est cum labore et synocus et similia.
Ocrum (*var.* ocron), id est, rubeum; unde trocisci ydiocris, ab idea quod est forma et ocron quod est rubrum, quia formati inde trocisci sunt rubei.
Octobrificum (*var.* octobrifilum), id est amarum.
Oculus Christi, herba est, et oculus consulis est alia herba similis ei, neque una est (*var.* nisi quod), una odorifera, alia foetida. Item oculus Christi habet folia minora.
Offiasis, est serpens, ut in primo capitulo Alexandri.
Offiasis, id est casus capillorum.
Offodirima, piscis (*var.* spicis) et fetens in naribus.
Olas, id est, foetores.
Olea, sive oliva tam arbor quam fructus; oleum quando simpliciter ponitur, de oleo olivae intelligitur.
Oleander, est arbor, oleaster similiter.
Oleandri, idest, sylvestres olivae.
Oleum amaritinum (*var.* amarinum), id est, de succo majoranae.
(1) Oleum lenti, id est, oleum commune.
Oleum omitridae (*var.* omotridae), id est, gremiale.
Olibanum, libanum, thus, libanothides, idem, haec (2) libanum est arbor, hic libanus est mons, hoc libanum est thus.

(1) Dal Ms. 6957; manca nell'altro.
(2) *Haec libanum est arbor* mancano nel ms. 6957.

Olinsabrasum (*var.* oleum sabranum), id est romanum.
Olixatrum, vel olizarum, petroselinum macedonium idem.
Omentum, zirbus, adomen, sumen (*var.* sum est), saginim, (*var.* saginniae), arnina (*var.* arnina), anxa (*var.* axungia), idem. Quando quilibet horum simpliciter ponitur porcina intelligitur. Item omentum est zirbus; utrumque ponuntur pro siphac, quandoque et idem dicitur epigmentum et epiplode et pigorotum (*var.* pigomentum).
Omfacem (*var.* omfalum) est pulvis qui fit de lacrimis (*var.* illis ible) accidis uvarum immaturarum, expressis et exiccatis, et tritis; inde dicitur melanfacum (*var.* melenfacum), qui habet admixtionem hujus pulveris, vel qui fit de floribus arborum stipticarum vel herbarum ut orni, b di (*var.* ornibidriae), et similium.
Omfacion, et umfacileos (*var.* et non facileos) idem, et fit de olivis immaturis.
Onager, id est, asinus sylvestris.
Oncus (*var.* ochus) interpretatur tumor venae (1) ut in fine tegni.
Onothomus, id est recte sedens.
Opisopsopon (*var.* opsopsopon), id est, oculus.
(2) Opitisi, vel offei, id est, gummi hederae
Opium, tres sunt opii species; scilicet thebaicum, tranense (*var.* transense) et opium Miconis. Opium, quando simpliciter ponitur thebaicum intelligitur, et illud est fortius narcoticum, et fit de lacte papaveris nigri. Item oppimiconium, est opium miconis, teste Isydorio.
(3) Opium miconis, id est, succus papaveris nigri.
Opium quirinatum, id est, lasar (*var* lesar) aquilea.
(4) Opium quismiaticum, id est, succus jusquiami.
Opocyssii, succus hederae idem.
Opopirus (*var.* opirus), panis est panis mundus a furfure.
Oposilfi, asa foetida idem.
Opoponac, gumma est vel succus cujusdam ferulae; et dicitur opponax, ab opos quod est succus, vel oculus; hic ponitur pro succo, et panax cis (*var.* ponax, ponacis) quod est nomen illius ferulae.
Opos, id est succus.
Orcis, testiculum idem.
Orcus, blitus idem.
Orexis, interpretatur appetitus; inde anorexia, ab a quod est sine et orexis, id est, sine appetitu, vel cum fastidio.
Origanum, golena est herba saurengaria vulgariter.
Oriza, est genus leguminis nobis ignoti, quidam dicunt esse idem quod spelta.

(1) *Venae* manca nel ms. 6957.
(2) Dal ms. 6957: manca nell'altro.
(3) Lo stesso.
(4) Lo stesso.

Orminium, vel oximus, acantum idem.

Ornix, id est perdix, et quandoque ponitur pro gallina silvestri, sed ornis est avis.

Ornus, est arbor glandifera, quercui similis; quinque sunt species quercus glandiferae, quercus, ylex, ornus, robur, et alia quae fert grana, unde tinguntur scarlatae, quercus et robur idem.

Orobo, orobonis, lacta (*var.* lacca) idem, gummi est.

Orosenim, interpretatur serum.

Oroyde, id est aquosum vel serosum.

Orthomia, id est, difficilis inspiratio et respiratio, scilicet ab orthos, quod est rectum et thimos, quod est spiritus, vel quia recte coguntur sedere non potentes jacere; seu quia recte et aequaliter moventur superiora pectoris et inferiora in respirando, cum in sanis hominibus non nisi inferiora moveantur; seu quia recte dicitur labos, et (*var* etiam) est in expiratione, quum in ambobus laborat, et quocumque istorum trium modorum dicitur orthomia, valde et super (*var.* semper) laboriosa. Item ab orthos, quod est rectus, peristereon orthon, id est, verbena recta, cujus stipes est rectus et orthodoxos, id est, recte gloriosus.

Orum, id est serum.

Oscitatio, fit ex fumo et ventositate nervos implente vel impellente.

Ostrea, piscis est degens in concha.

Othis, auris dicitur, inde parotida a para quod est juxta, quasi juxta aurem.

Ova crapula, vel tramula, id est, in aqua cocta.

Oxalmon, id est, acetum cum sale mixtum.

Oxi. id est, acetum vel acutum; cum pro acuto ponitur, inde dicitur oxidorcas, id est acute videns, et oxiporium, id est, acute penetrans poros; cum pro aceto ponitur, inde dicitur oximel et oxigalac, id est, lac acetosum, et oxifenicia, id est, dactylus acetosus, id est tamarindus, qui sic dicitur, quia, ut dicit Oribasius, nascitur in forma dactyli, cortex abjicitur, sed medulla quae nigra est et acetosa ad nos adfertur.

Oxicanoin (*var.* oxicantum), berberis idem

Oxilocassia, cassia lignea idem.

Oxinia, vel oxina, ulcus idem.

Oxioleon, dicitur acetum cum oleo.

Oyporis (*var.* opporiza), id est, esula.

Ozim (*var.* ozom), id est, alcana unde tinguntur pili.

Ozima, id est, semen urticae.

Ozimon, vel ozimum, id est basilicum, herba est cujus semine magis utuntur Apothecarii.

P

Pabula, vesica idem.

Pachiman, vel paccinerros (*var.* paccimeros), id est, obtusum.

Pachimis, idest, escae grossum humorem generantes.
Pagimatibus, idest, dulcaminibus.
Palla, marina arbor est.
Palma Christi, gyra solis, priapus idem.
Palpa (*var.* palma) Christi, priapus idem.
Pampinus, folia vitis idem.
Pan, id est, totum; inde pantegni, panchrestum, et similia.
Panarichium, apostema est in panueal (*var paniculu*).
Panax, herba est cujus succus oppopanac.
Panax, balendemonia, seu vesica.
Panis alexinus, id est, panis bene coctus.
Panis cuculli, alles, idem.
Panis porcinus, ciclamen, idem.
Paracentinus, id est, foramen magnum.
Paracope, id est, alienatio mentis.
Paracopis vel paracoperis, id est, insania, et paracrosticus, vel paracopicus, id est insanus.
Parafugia, a perto resso (*var.* aperte resolutio).
Paragorium, id est, mitigatorium, a paragorizo, zas, idest mitigo, gas.
Paranulos, id est, apostemata unguium.
Parapligia, id est, particularis resolutio.
Parichimia, id est, apostema juxta ysmon (?)
Paritaria, (*add.* herba ventis), vitriola, ventigo, ginis, perdiclados, (*add.* herba mira) idem.
Passula, uva passa idem.
Passum vinum, id est, uvae passae vinum.
Patheos, fillis idem.
Pecten, aequivocum est ad locum circa membra venerea, et ad illud instrumentum dentatum, quod dicitur rastiel.
Pectica, id est medicina maturativa.
Pegma, id est, frixorium, vel frixoleum.
Pelithimon, id est, plumbeus color ut in Teofilo.
Pellicinum, herba est nobis ignota, ut in Alexandro.
Pelum (*var.* peplum), aequivocum est adjunctas mulierum, (*var.* in certas mulieres), et ad quoddam genus cardui, in cujas summitate nascuntur, quasi fila subtilissima, quae quolibet leni impulsu volant per aera.
Pemeolo, spongiola.
Penfiligos, flosmus idem.
Pentadactylus, custos hortorum idem.
Pentafilon, quinque folia idem.
Pentameron, id est, oleum marrubinum.
Pepanus, pulmonaria idem.
Pepones sunt quaedam species melonum (*var.* Peponum, id est melonum)
Pepsis, interpretatur digestio et ponitur simpliciter pro prima digestione, inde peptica digestio et anapeptica, id est, recta di-

gestio ; sed secunda digestio dicitur madosis , tertia vero anadosis.

Peri, id est circum vel de; quando pro circum, inde dicitur peritus (*var.* periodus); quando pro de, inde dicitur peritoneon nosaimaton, id est , de acutis aegritudinibus et periton haereseon medicorum, id est, de sectis eorum, et perisicon dermanon (*var.* dennamon), id est de naturalibus virtutibus.

Perichoneon, id est, locus inter anum et pudenda.

Periclimenon, caprifolium idem.

Perigoniaca, id est, penna.

Periplicis, vel periphisis, interpretatur de repletione, ut in fine tegni.

Peristereon, vel pistereon, verbena recta, columbaria, vel columbina idem.

Perlia, starna idem.

Pernio (*var.* parnio), seu mulia, id est, chimeda quod interpretatur hyemale, secundum Oribasium, apostema est quod fit in talo in hyeme maxime propter frigus, et dicitur pernio a pernicie.

Peroxismus (*var.* paroxismus) interpretatur exacerbatio; inde peroxticon , vel parasitericon , id est, exacerbatio, ut in Alexandro de frenesi.

Personascia, lampacium majus.

Pes leporinus, anantia idem.

Pes vituli, yarus idem.

Pessarium , aequivocum est tam ad instrumentum , quam ad injectum.

Petala, id est, cortices frumenti.

Petica, id est policaria major.

Peticumatis (*var.* petitumatis), id est, ex stomachi ventositate laborantibus.

Petroleum, id est, oleum de petra.

Peucedanum, feniculus porcinus idem (*add.* masmatrum).

Phephon, id est lac fluens (*var.* fervens).

Philagon, id est, amans silvestria.

Piccina (*var.* piscina), resina, aluete (*var.* aluete).

Pifiaticum clyster, id est, oleum durum (*var.* calidum).

Piganum, id est, rutae agrestis semen.

Piloron, ventris, id est, fundus stomachi.

Pimpinella, herba est multum similis saxifragae, dixerunt tamen quidam.

Pimpinella pilos saxifraga non habet illos.

(*var.* est multum saxifragae , differt tamen , quum pimpinella habet pilos, saxifraga non habet illos).

Pinea, fructus arboris est quae vocatur pinus , et dicitur alio nomine strobileacorum, id est, fructus pini.

Pinicellus vel penitellus (*add.* spongia idem).

Pipiones, sunt pulli columbarum, et est nomen onomatopeion, seu formatum a proprio (*add.* nomine vel) sono animalis.

Pir, id est, ignis; inde oppopira, id est, succus ignitus, et piria, id est, stupha, et pirothica, id est, calida.

Piretrum, radix est multum acuta in sapore.

Piriasis, idest, alumen (*add.* ignotum vel) ignitum.

Pirium, alcrarium (*var.* cellarium), carpia, rasura panni, idem.

Pirosis prosopii, id est, incendium faciei.

Pistachea, vel pistacheae, fructus sunt habentes nucleos et testas

Pistalgia, id est, dolor lumbi.

Pitanca, id est, superfluitas.

Pix, multa sunt genera picis, sed quando simpliciter ponitur de navali intelligitur

Placentae sunt panes facti de pasta azima per quaedam artificia et dicuntur a placeo, places, id est, gallice gastiaus (*var.* guasteaus).

Plasma, forma idem; inde cataplasma, id est, emplastrum.

Platacoriasis (*var.* platicoriasis) vel plantigoras interpretatur dilatatio pupillae.

Platociminum, id est, siler montanum; platos enim est latus, id est, latum ciminum, vel aciminum rusticorum, item (*add.* aplatos) dicitur arsenicum, plateos, id est, quod in laminas latas dividi potest; et inde dicitur homoplata, id est, os humeri, ut in tegni.

Platopila, vel platanipilae dicuntur fructus platani arboris.

Plecthora et cacochimia sunt nomina repletionum; sed plecthora est repletio inter vasa; cacochymia extra; actores tamen quandoque utuntur indifferenter hiis nominibus.

Pliris, dicitur principale.

Pneumatosis, id est, ventositas.

Pofisisanum (*var.* pofifisanum) id est declinatum.

Polenta, id est, pultes: invenitur quandoque indeclinabile feminini generis, quandoque indeclinabile neutri.

Policaria, herba est cujus duae sunt species, scilicet major et minor.

Poligonia. vel poligonium, lingua passeris, geniculata, proserpinata, centinodia idem.

Polion, camedreos idem.

Polipodium, filex quercina idem, et invenitur in rupibus et arboribus quibusdam, sed quod in quercubus invenitur laudabilius est.

Polipus. id est, aegritudo narium facta ad modum ficus vel filicis.

Polium, herba est, cujus duae sunt species, scilicet marum (*var.* macrum) et montanum; sed quando simpliciter ponitur, montanum intelligitur.

Pollen, inis, id est, subtilis farina cujuslibet grani panifici, sed cum simpliciter ponitur de triticeo intelligitur.

Polytricum, secundum quosdam adyanthos.

Pomum citrinum, citreus idem; sed citrum quandoque ponitur pro legumine a nobis ignoto.

Ponderosi, dicuntur in inguine rupti
(1) Ponfiligon, id est, batitura vel fulligo de fornace aeris.
Ponos, id est dolor.
Poructa, id est, oculorum tenebrositas.
Porus, aequivocum nomen est ad foramen et ad corpus illud callosum quod nascitur in fractura ossis vel grossioribus cicatricibus.
Portlaca, portulaca, andrago (*var.* adragon) idem.
Potentilla, amantilla idem.
Prassium, id est marrubium album idem; est et aliud marrubium nigrum quo medici utuntur.
Prassum, porrus idem, unde colera prassina, id est porrina.
(2) Prassum viride, id est flos aeris.
Preficimonius, id est effectus.
Prestigineum, idest, fixum, ut in Alexandro de renibus.
Procatartica, causa dicitur a pro quod est procul et catarreon, quod est fluens, quasi procul, (*add.* et catarrheon) defluens; hac ut causa primitiva; propiginena causa dicitur causa agens (*var.* antecedens) per se; nectica (*var.* prosenectica) causa dicitur causa conjuncta, ut in Alexandro de dolore capitis.
Profilacticum, id est, custoditum.
Profilacticum, dicitur a pro quod est procul, et filacten quod interpretatur custodire, quia de procul custodit; inde haec est causa praeservativa
(3) Profumichum id est, viaum, vel profrimichii, id est cepularum, id est baccarum.
Pronoctica, id est, injectio quae fit in naribus ad provocandum somnum.
Pronthosis, vel proposis est oculorum tumor ut et difficile a palpebris contegantur, (4) nisi inferioribus (*add.* ut in Oribasio).
Prooros, potest dici quaelibet durities.
Proparia (*var.* proptiria) fira (*var.* farra), id est, furfures.
Propoleos, est cera alba et virgo quam profanant (*var.* primo faciunt), examina, seu novae apes,
Proptoses, id est, lippitudines.
Prosumpticus (*var.* prosenticus), cerusa idem.
Pruna, alia alba, alia nigra; quando simpliciter ponuntur pruna nigra damascena intelliguntur, quae afferuntur a damasco.
Psidia, cortex est mali granati.
Psidraca, id est, parvi rubunculi (*add.* vel tuberculi) in carne nati.
Psillium, herba est quae policaris dicitur, secundum Oribasium et Alexandrum.
Psilotrum, id est, depilatorium.

(1) Dal ms. 6957: manca nell'altro.
(2) Dal ms. 6957: manca nell'altro.
(3) Lo stesso.
(4) *Nisi inferioribus* manca nel ms. 6957.

(*var.* ptoys), id est, sputum; inde emoptoys, idest sanguineum sputum, et emoptoycus, et emoptoyca passio (*var.* pones) et similia.

Pucasis, id est, scabies.

Pulegium regale, gliconium idem; ginconium est et aliud pulegium. . . . Pulegium quando simpliciter ponitur, pro regale intelligitur

Puposis, id est, furfures

Puria, scienian, id est, coctani.

Purigia (*var.* purrigist), id est, ignis in oculo.

Pusca, id est vinum; secundum quod vulgariter dicitur fex.

Pustia, mirabolani.

Q

Quadrumeron, id est, de quatuor miyris vel meris speciebus.

Quercula major, camepitheos idem.

Quercula minor, camedreos idem.

Quercus, robur idem.

Quinantia, id est tumor faucium.

Quinque folium, pentafilon idem.

Quinque nervia, lanceolata, plantago minor.

Quisquiliae, id est, purgamenta tritici.

R

Radius, est subtile instrumentum, qui spatomelle dicitur, ut in Alexandro.

(1) Radix, quando simpliciter ponitur, idem est quod rafanum usuale.

Rafanum, acre, et acutum rafanum; quando simpliciter ponitur (2) de acuto intelligitur; est et aliud quod comeditur usualiter.

Ragadia, vel ragagia est fissura vel scissura de sole vel frigore facta in pedibus et labiis et aliis membris.

Raida, passio est in minori angulo oculi.

(3) Rami cedri, id est, lignum juniperi.

Rampnus, fructus est spinosus, scilicet groseiller gallice (*add.* vel spina alba).

Realgar, vel resalgar est vena terrae, ut dicunt quidam; alii dicunt quod sit confectio, et inde habemus (4) experimentum ad omnes ratos cupiendos, qui sunt in domo.

(1) *Radix... ponitur* manca nel Ms. 6957, e ciò che segue viene dopo ponitur dell'art. *rafanum.*

(2) Ciò che segue manca nel ms. 6957, ed è supplito da *etiam.... usuale* dell'art. *radix.*

(3) Dal ms. 6957: manca nell'altro.

(4) Ciò che segue manca nel Ms. 6957.

Regiuella, id est, remede, anglice medemort.
Ren, renis, vel rien, nefren idem.
Repticum, id est, purgamentum (*var.* purgativum).
Resina, potest dici omnis gumma, quasi resunia, a resudo, resudas; Item appropriatum est nomen ad designandam gummam abietis, quando simpliciter ponitur. In aliis enim additur determinatio, ut resina pini, quae resina sicca est de qua sophisticatur thus.
Resta bovis, herba est.
Reubarbarum, radix est cujusdam fructici qui de Barberia ad nos defertur. Reu enim radix interpretatur. Reu ponticus similiter radix est; quando simpliciter ponitur de barbaro intelligitur.
Reuma, id est, fluxus; inde reumaticus aer; reumatica passio, et similia.
Risi, granum est panificum; hujus duae sunt species, scilicet rubrum et album; sed ad nos non defertur, nisi decorticatum et utriusque medulla est alba.
Rixis, purgatio vel incisio cujuslibet venae.
Robelia, sive Robulea, legumen est in dietis particularibus.
Rodomel, id est, mel rosatum coctum.
Rodopium, id est, tapsus.
(1) Rodostoma, id est, aqua rosata.
(2) Rodoxiron, id est, oleum rosae mixtum cum aceto.
Rogas, id est ruga.
Romei, id est, semen rafani.
Roracum, melissa idem.
Ros Syriacus, id est flos malvae; (*add.* vel orni, id est querci).
Rosa, duplex est, scilicet rubra et alba; sed quando simpliciter ponitur rubra intelligitur; est et alia rosa, scilicet canina, scilicet fructex quidam ad pedem cujus nascitur fungus, qui vocatur ypoquistidos. Item rodon, rosa idem, inde dyarodon vel oxirodon, idest acetum mixtum cum oleo rosarum, et radostoma, id est, aqua rosata, et rodoleon, id est, oleum rosatum.
Rosastrum, id est vitis alba, non vinifera, sed brionia.
Rubus, rubi; multa sunt genera rubi, sed quando simpliciter ponitur, rubus ferens mora intelligitur, qui et batus dicitur, licet alii intelligent pro rubo simpliciter bedegar.
Rumex, hujus duo sunt genera, scilicet ferens mora, et sterilis; quando simpliciter ponitur, ferens mora, vel batus intelligitur.

S

Saccus, sacellus idem; inde dicitur sacellatio.
Sagapinum, sive serapinum, gumma est.
Salis, multae sunt species, scilicet: sal nitrum, sal armenicum (*var.*

(1) Dal ms. 6957: manca nell'altro.
(2) Lo stesso.

armoniacum, sal gemma, sal cappadochium, sal tragesion ve trugesion (*var.* transgesion), quod non habemus, ut in Alexandro; et est sal pensum, quod est fuligo nata in tectis balneorum; sed quando sal simpliciter ponitur de usuali intelligitur.
Saliunca, quidam dicunt quod est encusa, sed in aurea alexandrina accipimus pro ea spicam celticam.
Salix, ychea idem, arbor est unde dicitur dyaiceos emplastrum.
Salvatella, dicuntur quatuor venae in humano corpore: duae in manibus inter minimum digitum et sibi proximum, et duae in pedibus in similibus locis.
Sambacus, est arbor quae quolibet mense facit florem, sive fructum et inde oleum sambacaleon vel sambacinum.
Sambucus, actis idem.
Samicum, herba est cujus radix competit multum medicinae.
Samida, id est, embotum, vel vas sine fundo.
Sanabugla, similis est centum granis, et est valde diuretica et usque (*var.* valet) ad lapidem.
Sanamunda anantia idem.
Sandaraca, id est, auripigmentum rubrum, sed arsenicum est auripigmentum citrinum (*add.* vel est quoddam genus virtutis).
Sandafis (*var.* sindasis), id est, arenositas.
Sandalus, hujus tres sunt species, scilicet album, rubrum et citrinum; quando simpliciter ponitur de citrino intelligitur; sed apothecarii ponunt id (*var.* semper) pro rubro.
Sandarotadis, id est, urina habens colorem vini
Sandix, herba qua tinguntur panni in blavum colorem.
(1) Sandonicam, id est, genus absynthii.
Sanguis draconis, succus est cujusdam herbae, non sanguis ut quidam mentiuntur.
Sansucus, persa, majorana, amaracus, idem.
(2) Sapa, vinum dulce.
Sapo, fit de forti lexivio et qualicumque pinguedine; hujus multae sunt species: spatarenticus, qui sic dicitur eo quod incidat ut spata, id est, gladius; est et gallicus, et est muscatus, et est alius durus et alius mollis et multi similes.
Sarcocolla, acarud gumma est et interpretatur glutinum (*add.* amaron idem).
Sarcos, id est, caro; inde anasarcha et yposarcha, scarcophagus et porus sarcoides, ut in tegni.
Satureia, timbra, vel tymbria idem.
Saxidonicum (*var.* siridonicum), absynthium a loco.
Saxifraga, herba est.
Scabiosa, herba est.
Scaluncelli, cimbalaria idem.

(1) Dal ms. 6957: manca nell'altro.
(2) Lo st.sso.

Scariola, endivia, troxima idem (1).
Scilio parva lacerta est.
Scliros, interpretatur durus, inde sclirosim a scliron, quod est durus, dicitur et scliria ut in passionario.
Sclirotenta, id est, viscera indurata.
Scolopa, vel subula est syringa, vel lignum quodlibet, vel festuca, quale in pede vel alibi infigitur.
Scolopendria, lingua cervina idem.
Scoma vel scomis, interpretatur manus.
Scophae, sunt sordes vel alia grossa quae abjiciuntur ab hiis qui colantur.
Scordeon, allium agreste idem.
Scorpena, scarus, sepia nomina sunt piscium, ut in Alexandro.
Scorpio, animal est venenosum.
Scotomis, seu scotomia est tenebrositas oculorum.
Scromata, id est, mundificativa.
Scropha, id est, porca; inde scrofula, apostema quod maxime nascitur sub gula, vel sub assellis et in inquinibus, quia nunquam invenitur illud apostema solum, sed (*add.* solum) multiplex; sic nec scropha solum, sed habet foetus semper multos.
Sebesten, fructus (*var.* frutex) est.
Secacul, id est, yringus.
(2) Secanabim, id est, oximel.
Selinum, id est, semen apii domestici.
Selite, confectio est in antidotario Arabum.
(3) Semen bulbi, id est, semen grissae et domesticae sepae.
Semicupium, id est, cupa parva vel terrena (*var.* ultima).
Semis, indeclinabile, id est, medietas.
Senatio, id est, nasturtium aquaticum.
Sene, est folium arboris nascens in transmarinis partibus.
Senecio vel senecium, id est, terrestris benedicta, vel cardo benedictus, carduncellus idem.
Senectio (*var.* senecio) cardo benedictus idem; sed senatio est nasturcium aquaticum, quod etiam dicitur crisso, crissonis.
Sentix, vel sentis, id est, quilibet frutex spinosus.
Sepum, sevum idem, quando simpliciter ponitur de caprino intelligitur.
Serdene, id est, lapis magnetes.
Serpigo, inveterata vel indurata empetigo.
Serpillum, herpillum idem; sed tamen herpillum quandoque ponitur pro poligonia, ut in Alexandro de dolore capitis.
(4) Sersleba, id est hyssopus.
Seumiracon (*var.* seu miratio) vel sealanusca (*var.* stalmista), sphio-

(1) Siccome nel testo questo articolo è l'ultimo, così nel Ms. 6957 segue *etc, haec sint dicta de littera S.*
(2) Manca nel ms. 6957.
(3) Dal ms. 6957 manca nell'altro.
(4) Dal Ms. 6957: manca nell'altro.

mata, vel albula in modum grani uvae, sunt albae maculae oculorum.

Siccida agrias, vel cucumer agrestis, vel cucurbita agrestis; sed sicia est ventosa, sic dicta a sicco, siccis, et siccida, silida, seritida (*var.* sicoda) est galla.

Sicida, vel siccida, est aequivocus ad cucumerem (*add.* et cucurbitam agrestem).

Sicida, brionia, cucurbita agrestis idem.

Siccomorus, id est, ficcus fatua ; arbor est, cujus fructus dicitur siccima.

Sigillum S. Mariae, est et sigillum Salomonis,

(1) Siler, vel anetum agreste, id est, men.

Siliqua, dicitur fructus, de quo dicitur, quod est scarabia.

Silphium, herba est.

Sima, id est, concavitas epatis, sed ejus gibbositas dicitur galbet (*var.* gilbus), vel gilbet vel zirca, vel gedeola (*var.* geola), ut in libro urinarum Isaac.

Simirnus (*var* sinnitus), betonica idem, vel smirnis (*var* si nirnis) vetonica, vernix, vernicium, classa, gummi juniperi idem.

Simphitum, consolida major idem.

Simphoniaca, corniculata (*var.* caniculata) idem.

Simula, id est, mundissima farina frumenti.

Sinancis, interpretatur praefocatio, inde sinancia quae est acuta gutturis praefocatio.

Sinapis, tam herba quam semen; quando simpliciter ponitur semen intelligitur; inde dicitur sinapismus.

Sincera, id est, vinum de pomis.

Sindesmos, id est, ligatura nervi.

Singinos, id est, menticus (*var.* signios, id est, lincus).

Sinonum, id est, petroselinum agreste, et est aliud petroselinum macedonicum, quod vulgariter dicitur alexandrinum, et est tertium usuale petrosillinum; quando simpliciter ponitur usuale intelligitur.

Sinpasma interpretatur adhaerens, seu linimentum.

Sintheseos, id est, tabes vel unctuositas.

Siracos, id est, storax.

Sirexis (*var.* sirasis) id est eruptio apostematis (*var.* hepatis).

Siricum, id est, metallum de Syria asportatum; ut in Viatico.

Siringia, calamus, sive fistula idem.

Sirou, id est, seminatum.

Sirupus, id est, bibitio.

Siseleos, vel siselenum, siler montanum, idem.

Sister, anetum, agri (*var.* agreste) men, idem.

Siston, vel staphon, id est dissinteria (?) (*var.* divisum), ut in Alexandro de lacte et dissinteria.

Sisula (*var.* sifula), vel sistra est herba, cujus radice utimur, et ejus semen est siler montanum.

(1) Dal Ms. 6917; manca nell'altro.

Sisymbrium, mentastrum idem.
Socoris, id est, decursio lacrymae.
